

ACTA CONCILIORVM OECV̇MENICORVM

IVSSV ATQVE MANDATO

SOCIETATIS SCIENTIARVM
ARGENTORATENSIS

EDIDIT

EDVARDVS SCHWARTZ

TOMVS PRIMVS
VOLVMEN TERTIUM

MDCCCCXXIX

WALTER DE GRUYTER & CO.

VORMALS G. J. GÖSCHEN'SCHE VERLAGSHANDLUNG / J. GUTTENTAG, VERLAGS-
BUCHHANDLUNG / GEORG REIMER / KARL J. TRÜBNER / VEIT & COMP.

BEROLINI ET LIPSIAE

CONCILIVM VNIVERSALE EPHESENVN

EDIDIT

EDVARDVS SCHWARTZ

VOLVMEN TERTIVM
COLLECTIONIS CASINENSIS
SIVE SYNODICI A RVSTICO DIACONO COMPOSITI
PARS PRIOR

MDCCCCXXIX

WALTER DE GRUYTER & CO.

VORMALS G. J. GÖSCHEN'SCHE VERLAGSHANDLUNG / J. GUTTENTAG, VERLAGS-
BUCHHANDLUNG / GEORG REIMER / KARL J. TRÜBNER / VEIT & COMP.

BEROLINI ET LIPSIAE

CORRIGENDA

p. 95, 35 *in apparatu pro* cf. T *legas* cf.

p. 131, 20 *in margine* *legas* Act. 10, 38

p. 135³⁰ *del.* [= USP]

p. 201 *sub textu* *legas* 1—11

p. 212 commemorare] *del.* = υποσημῆναι

p. 254 *del.* υποσημῆναι = commemorare

PRAEFATIO

I. DE CODICIBVS ET EDITIONIBVS

Quam in hoc uolumine tertio propono Gestorum concilii Epheseni uersionem Latinam, eam partem esse priorem operis cuius pars altera uol. IIII edita est, probaui illius uoluminis p. VIII. ibidem p. XVIsq. descripsi codices quibus operis utraque pars continetur, Vaticanum 1319 [v] et Casin. 2 [m]; sicut illic, hic quoque ad unum redeunt archetypum [C]. addatur in codice *m* correctorem aliquem, ni fallor, ab ipso librario codicis diuersum, magnam lectionum copiam marginibus primarum paginarum appinxisse, quæ siue ex codicibus quales sunt *iq* [u. infra], desumptæ siue, quod sæpius accidit, audacissime interpolatæ sunt. neque tamen prætermittendum quod eidem homini non minus quam ipsi librario debentur adnotationes haud paucae sine dubio ex codice archetypo transcriptæ, de quibus postea disputandum erit.

In hac priore parte non sicut in altera, translatoris et collectoris munere functus est qui opus confecit, sed uersionem antiquiorem [T] denuo recensuit nullo addito præter sacram quæ a Candidiano perlata et lecta, sed in gestorum fidem non recepta est [23], sermone autem uocabulisque correctis, ita tamen ut a totis sententiis de fundamento mutandis abstineret. propria igitur editione antiquæ uersioni præter nouam non opus est, sed in apparatus critici notas ea in quibus a noua discrepat, reicere licet; ut autem facili opera uersionum diuersitates a libroriorum erroribus discernantur, nouæ recensionis correcturas lineolis parallelis distinxi, quamuis hic illic dubitatio oreretur num *C* non uersionem, sed codicis quo utebatur, errorem correxisset uel *C* non meliora præbuisset, sed in describendo peccasset.

Versionis antiquæ codex antiquissimus et optimus est Parisinus 1572 s. VIII, olim teste Baluzio [Nou. coll. conc. p. 383] ex urbe Turonensi in bibliothecam Colbertinam delatus, sed secundum Pauli Lehmann opinionem non in ipsa illa urbe, sed in monasterio quodam mediæ Galliæ, fortasse illo quod appellatur *Micy*, scriptus litteratura Carolingica. compendia sunt solita; adnoto tamen sæpissime inueniri *episc̄* siue *episc.* siue *episc*; [18, 24. 44, 1. 62, 20. 30. 35. 63, 24. 30. 32. 64, 3. 6. 26. 31. 65, 18. 32. 35. 66, 1. 3. 6. 11. 16. 22. 32. 67, 10. 15. 69, 21. 27. 28. 70, 4. 26. 72, 1. 73, 9. 15. 74, 1. 10. 18. 80, 31. 104, 1. 106, 28. 123, 24. 126, 15. 21. 127, 1. 134⁴ etc. per totum catalogum, 169, 32. 174, 16. 176, 14. 16. 17. 18. 183, 10. 184, 35. 37. 191, 17. *archiepis̄* 87, 13] semel *episco*; 64, 23; irregulares sunt scripturæ *epcs* 68, 14. 134^{2. 3}; *epco* 38, 9; *epsm* 38, 11. 16; *epci* 121, 25. simili et antiquæ abbreviandi consuetudini debentur *presb'* siue *presb.* siue *pres̄b*; siue *presb* 17, 25. 65, 15. 19. 22. 67, 19. 83, 19. 84, 4. 109, 13. 119, 26. 120, 31. 121, 19. 128, 26. 129, 23. 133, 8. 18. 134⁶. 180, 3. *presbm* 135¹; librarius peccauit in *præb.* 74, 15. generis eiusdem sunt *dom̄* = *dominus domino domine* 44, 31. 41, 5. 49, 18; *epist* 69, 1. 21. 70, 5. 95, 12. præterea adnoto *dēm* = *deum* 75, 16; *sāc* = *sancta* 58, 4; *nst* = *noster* 4, 35. 12, 17, *n* = *nostri* 175, 10. *qn* significat *quoniam* 45, 29. 33. 182, 17. 197, 26. nota Tironiana scriptum est *autem* 60, 26. 61, 2. 19. 152, 17.

est ubi *i* pro *ii* scribatur, sed non frequenter: *fili* 16, 3. 25, 2. 80, 18; *colloqui* 129, 6, *obloqui* 43, 19; *docimi* 102, 30. 103, 13; *hiconi* 127, 11; *nestori* 23, 1. 65, 1.

e pro *æ* raro scripta est, siue in ipsis uocabulis: *egritudine* 170, 1; *equum* 27, 28; *estimat* 125, 23; *excecāre* 182, 30; *cedebant* 147, 29 et similiter 90, 2; *celis* 131, 29; *cesares* 57, 5; *fecibus* 197, 6; *grece* 93, 26. 27. 32; *adherentes* 29, 31 et similiter 128, 15. 160, 12; *ledit* 75, 30 et similiter 27, 10; *letitiæ* 7, 30; *pene* 65, 33; *prestiterunt* 129, 5. 6; *questionum* 48, 27; *secula* 186, 30, siue in terminationibus: *doctrine* 185, 24; *due* 125, 31; *gloriosissime* 183, 26; *insane* 149, 33; *integre* 22, 24; *maxime* 183, 20. 185, 23; *perfecte* 183, 19; *pie* 50, 1. 86, 12; *proprie* 11, 10; *recte* 60, 26. 142, 10. 175, 16. 176, 4. 186, 1. 199, 33; *remisse* 12, 1; *sanctissime* 180, 25; *sollicite* 26, 6; *stelle* 126, 17; *uehementissime* 47, 3; *uere* 149, 3. 183, 17; *uestre* 178, 7; *que* pro *quæ* 65, 16. 35. 113, 23. 182, 30. 183, 31. 184, 33. 185, 17. 20. 194, 26; *intro quæ* = *in utroque* 71, 18; *archimandrite* 91, 12; *coloe* 106, 19; *gortyne* 63, 35; *lampene* 136⁶²; *selge* 137⁹⁴. sæpius et ne falso quidem ponitur pro *ai* Græcorum: *enigmate* 4, 23; *heresem* 105, 30; *heretici* 35, 18 et similiter 75, 15. 86, 35. 104, 11. 105, 23. 106, 6. 128, 10. 15. 143, 25. 172, 6. 11. 25. 188, 23. 199, 24; *meandri* 136⁵⁹; *meonius* 135²³; *chaldea* 155, 16; *chaldeorum* 159, 19. 21; *galileæ* 33, 15; *hebrei* 156, 9 et similiter 156, 19. 158, 13. 80, 17; *hirenei* 115, 21 et similiter 44, 6. 97, 29. 115, 32; *iudeis* 76, 23; *manicheum* 69, 17. 123, 13 et similiter 26, 7. 105, 30; *museus* 98, 18; *nicea* 40, 7 itemque 113, 38. 116, 23. 177, 14. 129, 11; *niceno* 5, 19 et similiter 128, 17; *pergeorum* 135¹. non recte scriptum est *seos* 55¹¹⁷ pro *Saeos*.

æ aut plene aut rarius uirgula subter adnexa per *e* scripta semper ponitur in eis quæ a *prehendendo* deriuata sunt: *apprehendere* 113, 4 etc.; *comprehendit* 45, 9 etc.; *comprehensionem* 62, 12; *comprehensibile* 163, 23; *incomprehensibilis* 162, 8 etc.; *deprehensi* 133, 17; *reprahendit* 143, 9 etc.; *reprahensionem* 105, 18; *reprahensibile* 48, 8; *inreprahensibile* 42, 3 etc. sollemniter etiam scribitur *interpretari* 93, 23 et similiter 28, 2. 79, 15. 80, 4. 96, 9. 121, 13. 18. 164, 16. 189, 26 et *interpretatio* 180, 22 similiterque 124, 16. præterea adnoto: *præcibus* 106, 30. 117, 28. 174, 27; *depræcantes* 103, 9; *prætiosi* 31, 2 et similiter 124, 4. 8. 165, 35; *pænitus* 86, 29. 92, 12. 117, 21. 129, 22. 177, 29. 184, 10. 186, 23. 188, 8. 21. 199, 32. 200, 16; *calabatur* 167, 33; *cælebantes* 41, 10 similiterque 143, 25; *congrægati* 63, 19; *læne* 146, 27; *lænitas* 146, 26; *læuauit* 145, 25; *quærella* 50, 3. 197, 25; *cæcidit* 168, 17 similiterque 72, 10; *sæparare* 42, 2 et similiter 27, 26; *æducati* 105, 28; *æuecti* 179, 26; *cræatorem* 163, 4; *fidæi* 61, 38. 62, 15; *filiætatis* 131, 21; *oportæat* 43, 22; in nominibus Græcis: *grægorio* 53²¹ et similiter 126, 21; *hæsychius* 99, 22; *lætoius* 140¹⁹⁷; *settænorum* 136⁷². sæpissime habetur in terminatione aduerbiorum: *canonicæ* 170, 15. 171, 29; *coæternæ* 164, 29; *consonæ* 61, 22. 186, 17; *definitæ* 158, 16; *deificæ* 72, 13; *dubiæ* 184, 26; *falsæ* 180, 6; *feruentissimæ* 47, 1; *impiæ* 82, 27; *inconfusæ* 200, 13; *insperatæ* 196, 31; *integræ* 173, 7; *orthodoxæ* 93, 22; *paratæ* 188, 7; *perfectæ* 11, 2; *perpetuæ* 161, 5. 183, 13; *peruersæ* 43, 14; *piæ* 93, 22. 183, 6; *placitæ* 38, 24; *præcipuæ* 57, 19; *proximæ* 39, 8; *rectæ* 202, 8; *sanctæ* 36, 21; *temerariæ* 111, 4. raro legitur in uocatiuo: *dōamantissimæ* 179, 27, uel ablatiuo siue Latinorum siue Græcorum uocabulorum nominumque: *cotidiæ* 26, 9. 178, 28. 185, 9; *speciæ* 188, 19; *dogmatæ* 26, 13. 181, 15; *heraclidæ* 56¹³⁹; *hieracæ* 56¹⁴⁴; *perigenæ* 52⁹; *rodonæ* 54⁷⁵; addo *namquæ* 27, 5 et *quæ* pro *que* 161, 23; denique nomen Hebræum *nauæ* 90, 17. pro *i* uel *ei* Græca ponitur in *lætaniæ* 91, 8; *hæreneum* 44, 6, cf. *hereneum* 115, 32. neglegentia *a* pro *æ* scribitur in *palastinæ* 58, 13 uel *e* pro *a* in *humenationem* 77, 17. ad pronuntiationem uolgarem pertinent *agustarum* 104, 29; *agustini* 81, 12; *palo* pro *paulo* 24, 5.

nusquam incertior orthographia est quam in *e* et *i*. *e* pro *i* breui ponitur: *collegunt* 191, 13; *collegatis* 176, 8; *corregatur* 184, 18; *contenebatur* 169, 29, *contenens* 59, 21; *sustenerere* 110, 18, *sustenēt* 73, 24, *sustenuimus* 87, 37, *sustenuerit* 166, 23; *acceperet* 66, 9; *suscepere* 113, 30, *suscepit* 131, 2. 175, 3; *susceperent* 110, 17, *susceperetis* 96, 17; *procedens* 162, 23; *profecit* 74, 8; *elegentes* 153, 2. 18; *prædecatis* 183, 13, *prædecantes* 185, 18; *iudecaui* 4, 28; *domeno* 187, 29. 188, 13; *homenis* 190, 3; *semene* 69, 4, *semenatorem* 191, 28; *ordenationem* 185, 22; *reddedisti* 188, 11; *ualedissima* 180, 5; *relegionis* 183, 17, *relegioso* 56, 37 et similiter 57, 3, *relegiosissimum* 106, 4 et similiter 56, 40; *relequi* 177, 19; *prophetemur* pro *profitemur* 177, 8; *clereci* 103, 20 et similiter 59, 5. 84, 1. 3. 13. 115, 33. 184, 11. 24; *itenera* 90, 32; *sterelitatē* 6, 28; *zezania* 191, 31. 192, 1; *fedei* 183, 28. 184, 8. 195, 1; *uerum* 185, 3; *pænetentiam* 70, 24; *scetate* 59, 33; *genetori* 153, 11; *progenetoribus* 158, 27; *decebilem* 12, 18, *decebiliter* 203, 2; *indetinebilis* 146, 27; *inintellegebiliter* 21, 8; *decibele* 194, 14, *dici-beles* 194, 13; *certamene* 184, 7; *amarissemē* 197, 12, *sanctissemos* 118, 33; *transeun-tebus* 59, 16; *adhibetum* 34, 16, *commoneti* 58, 1; *ammonuemus* 58, 9, *habuemus* 188, 21; *aduenemus* 57, 33; *dedicisti* 148, 19; *petemus* 59, 29; *plaudete* 78, 4; *uidemus* 60, 13; *anteochenorum* 196, 26; *trea* 72, 27. *e* pro *i* longa inuenitur in *sepeletur* 178, 28; *insilere* 195, 6; *uenere* 105, 13; *definere* 59, 27 et in nomine *domnenus* 135³². 38. denique adfero *delectis* 16, 2. 102, 6.

longe rarior neque eiusdem generis est altera confusio qua pro *e* breui ponitur *i*: *dicibeles* 194, 13; *uenirit* 194, 7; *intelligas* 164, 19, *intelligitur* 30, 19; *intelligibilium* 145, 15. 18; *concurrere* 59, 13; *facire* 164, 21; *inspicire* 7, 17; *clazominiorum* 54⁸⁵; denique *dilixisti* 7, 29. *i* scribitur pro *e* longa: *contumilias* 160, 38; *uiro* 188, 12; *accidit* 126, 30, *accideret* 157, 28; *præcidentium* 39, 16, *præcidendum* 146, 36; *colli-gerit* 142, 17; *perciperunt* 167, 12; *præcipit* 152, 35. 174, 27; *suscipit* 18, 34. 167, 29. 183, 24, *susciperunt* 168, 21, *suscipemus* pro *suscepimus* 185, 19; *perficit* 122, 12; *aduenirunt* 58, 27, *conuenirunt* 60, 27; *decriuimus* 112, 12; *habire* 179, 9; denique *adicierunt* 60, 9; in nomine Græco *nitia* pro *Nicæa* 128, 6. recta uero et quinti sæculi pronuntiationi congrua est scriptio uocalis η Græcæ per *i*: *ecclisiæ* 109, 6 et similiter 116, 26. 118, 29. 187, 12. 188, 1. 6, *ecclisiasticam* 110, 21; præterea in nominibus *epictitum* 191, 17. 194, 27; *permisi* = Περμῆσσοῦ 193, 7; *theodoritus* 98, 15. qui scribendi mos etiam in terminationem -ης extenditur: *iohannis* 7, 25. 9, 36. 59, 31. 60, 12. 15. 88, 5. 98, 11. 17. 100, 7. 101, 7. 102, 8. 103, 2. 14. 122, 17. 185, 31; *diogenis* 98, 13. 109²⁹; *callicratis* 135, 39.

confusio quæ in codicibus Latinis antiquis inter *de-* et *di-* sollemnis est, etiam codicem Parisinum inuasit: *delectissimi* 124, 18; *demicate* 4, 9; *demitto* 23, 6. 63, 15 et similiter 150, 8; *deuulgare* 190, 14 et similiter 43, 10. 26. 86, 21. 90, 30; *difiniente* 128, 7 et similiter 133, 12; *diliciis* 180, 10; *discendit* 9, 19. 71, 22. 125, 8. 149, 21 et similiter 153, 17; *dispicis* 166, 25, *dispexit* 116, 18; *distinauit* 93, 9 et similiter 59, 31. 38. 60, 5; *distruentes* 195, 32.

neque minor quam in ipsis uocabulis, confusio est uocalium *e* et *i* in terminationibus. -es pro -is habetur in substantiuis adiectiuis participiis: *errores* 4, 30; *ordines* 83, 21; *paces* 188, 11; *sermones* 5, 1; *cogitationes* 90, 14; *commendationes* 128, 14; *inconsiderationes* 105, 18; *conuersationes* 127, 33; *filiationes* 77, 21; *operationes* 6, 34; *passiones* 74, 11; *orientales* 40, 19; *omnes* 87, 37. 114, 21; *rationabiles* 117, 18; *uisibiles* 164, 40; *egentes* 73, 20; *inhærentes* 152, 9; *occidentes* 111, 13; *pertinentes* 107, 28; *diæceses*, per *i* superscriptam correctum 40, 19; *saluatore* pro *saluatoris* extat 189, 21. raro peccatur in uerbis: *accedes* 166, 8; *exquires* 163, 30. *e* pro *i*

scribitur in declinationis terminationibus: *apice* 175, 28; *carne* 33, 9. 25; *corpore* 15, 28; *cultore* 16, 9. 173, 14; *nomine* 181, 14; *principe* 196, 4; *sermone* 161, 13; *capitiuitate* 179, 31; *humanitate* 202, 1. 19; *pietate* 109, 22; *sanctitate* 191, 20; *beatitudine* 88, 5; *depositione* 183, 32; *iohanne* 97, 25. 176, 13; *commune* 59, 24. 178, 5; *consubstantiale* 17, 9; *salutare* 160, 1; *inportabile* 175, 32; *passibile* 167, 30; *rationale* 188, 28; *uenerabile* 110, 28; *omne* 175, 25; *ille* 195, 14. neque in uerbis infrequens est confusio: *confitere* 67, 7; *congregare* 116, 21; *lucrare* 163, 26; *mirare* 162, 34; *seruare* 174, 25; *uidere* 163, 12; præterea notanda sunt *exponet* 75, 6; *inuenerent* 196, 32. -is pro -es scribitur: *arboris* 126, 17; *ouis* 141, 3; *patris* 191, 2; *sermonis* 116, 20; *occasionis* 191, 13; *passionis* 68, 24. 116, 19. 190, 20. 23; *præsumptionis* 168, 3; *nouitatis* 187, 8; *omnis hominis* 183, 13; *amabilis* 185, 11; *humilis* 187, 3; *accipientis* 60, 10; *discentis* 183, 6; *disputantis* 184, 4; *exsistentis* 184, 17; *inuenientis* 189, 10; *metuentis* 190, 29; *obædientis* 183, 5; *suscipientis* 125, 14. multo rarior est confusio in uerbis: *intellegis* 165, 31; *intellegeris* 164, 30; *putaris* 164, 29; præterea adnotaui *essit* 70, 1; *deliberit* 185, 14. neque *i* pro *e* sæpe inuenitur: *genetrici* 186, 20. 198, 18; *operationi* 126, 8; *omni* 77, 11; *iohanni* 120, 22; *memnoni* 52³. 99, 21; semel in uerbo *consentiri*.

o scribitur pro *u*: *consolatu* 52, 19. 92, 18. 22. 99, 3. 104, 28. 119, 16; *fistolam* 72, 12; *singolus* 57, 1; *dissimolauimus* 110, 22; *scrupolositas* 196, 1; *iobenti* 163, 27; *molire* 194, 7; *potas* 69, 5; *commonione* 64, 22. 175, 25; *indotiarum* 175, 8; *nobibus* 74, 8; *ponit* 162, 30; *absorditatem* 113, 28; *nontiare* 195, 8; *soffosionibus* 179, 31; *oponti* 60, 14. nisi compendio scribitur, uariatur inter *epistola* et *epistula*. *o* in *u* mutatur: *utpute* 16, 27. 77, 7; *imperatur* 183, 7; *suffucantur* 196, 31; in uocabulis Græcis: *diabuli* 160, 14; *symbulum* 197, 17; *colue* 136⁶⁹; *marcianopoleus* 177, 7; *metropoleus* 135²⁰; *nicopoleus* 135³⁰; *poleus* 136⁷⁵; *theudosio* 109, 17. sæpe legitur *agnoscere* 103, 19 et similiter 89, 3. 109, 9; *cognuscit* 12, 22 et similiter 84, 14. 110, 34. 112, 27. 127, 14. 183, 1; præterea notanda sunt *cumpararentur* 86, 19; *cumministro* 38, 3. alius generis sunt *adiuturio* 196, 35; *depositura* 171, 32; *uicturiam* 187, 27; *nesturius* 17, 15; denique adferatur *nubilitatem* 166, 2. ex Græco desumpta est scriptio *constantinupolis* 20, 5 et similiter 20, 4. 39, 10. 127, 23. 140, 2. 179, 2. 195, 24; *constantinupolitanos* 18, 22 et similiter 114, 6. 179, 7. 181, 2.

mira frequentia terminatio *us* pro *os* scripta est: *aduersarius* 187, 27; *alienus* 84, 1. 177, 29; *clerecus* 184, 11; *constitutus* 88, 32; *dignus* 113, 16; *distinatus* 59, 38; *domus* 105, 16; *episcopus* 82, 27. 84, 2. 85, 16. 31. 86, 3. 26. 88, 8. 32. 91, 2. 105, 8. 115, 33. 185, 7; *filius* 70, 28. 124, 21; *illus* 69, 15; *impulsus* 196, 17; *ipsus* 59, 38. 113, 25; *missus* 110, 32; *multus* 91, 11; *paucus* 184, 11; *romanus* 123, 17; *sanctissimus* 86, 3. 110, 33; *singolus* 57, 1; *solus* 111, 14; *synodus* 109, 29; denique *motu* 67, 4. rarius *os* pro *us* habetur: *alexandrinus* 193, 4; *alienos* 191, 3; *apostolos* 130, 12; *bonos* 180, 14; *intellectos* 20, 26; *pronos* 157, 11; *sp̄os* 34, 25.

y more Græcorum posita est pro *oi*: *hyconomis* 84, 13.

h omittitur in uocabulis Latinis: *ac* 45, 9. 193, 21; *actenus* 82, 4; 113, 40; *aurire* 144, 28; *onorandus* 30, 19; *exibent* 192, 34 et similiter 179, 28; in uocabulis nominibusque Græcis: *ellanici* 58, 15; *eracliæ* 135⁴⁸; *esychi* 99, 14; *omousion* 132, 11; *ymnos* 142, 32. 151, 36; post *c*: *cartas* 95, 26 et semper; *dirracii* 53¹⁵; *oxyrinci* 55¹²³; post *p*: *theopanius* 109³⁰. falso additur uocabulis Latinis: *habe* = *aue* 68, 3. 122, 4; *honcrosa* 195, 28; *exhorta* 187, 7; *his* 84, 8. 175, 9; *hii* 128, 29. 163, 16; *hisdem* 23, 11; 90, 28; uocabulis nominibusque Græcis: *hiconi* 127, 11; *hirenei* 115, 21, *hireneo* 97, 29, *hæreneum* 44, 6. 115, 32; *hyconomis* 84, 13. singularis scriptio extat in *hierenopolis*

109³²; *hoiannes* 5, 15. aspiratur uitiose *c*: *macheria* 187, 19; *chana* 33, 15; *charta-*
ginis 56¹⁵⁴; *chartaginiensi* 120, 30; *ichonius* 134¹³; *t*: *theuchirorum* 56¹³⁵; *thimo-*
theus 107, 22 et similiter 87, 14; *thyaneus* 108¹⁴; *anthiochia* 85, 26, *anthiocheno* 176, 1
 et similiter 87, 36. 88, 29; *apostolica* 86, 30. 32; praeterea notetur *nazareht* 131, 19;
prophanis 197, 2; *prophetemur* = *profitemur* 177, 8. semper per *h* scribitur *rhodi*
 58, 23. 62, 30. 64, 3. 135²⁴, *rhodiorum* 58, 15. *ch* pro *th* habetur: *eustachius*
 102, 29. 103, 13. 135³³.

u pro *b* scribitur: *aceruis* 171, 10 et similiter 170, 35; *præuentem* 178, 8; *mon-*
strauimus 165, 7; *putaueris* 48, 28; *seruauimus* 145, 10; *uacauit* 173, 1; *uizes* = Βιζύης
 135⁴³; *aphouius* 136⁶⁹; *cauasorum* 65, 32; transpositione addita *leusi* = Λεσβου 136⁴⁹.
 rarius est uitium contrarium: *fribolas* 106, 9; *habe* 68, 3. 122, 4; *ibimus* 66, 7.

p epenthetica omittitur: *sumsissent* 155, 2; *assumsit* 76, 16 et similiter 77, 18.
 159, 20. 171, 23; *præsumsit* 171, 12 et similiter 171, 17. 30. 172, 5. 173, 30. 87, 26.
 168, 35. 22, 25. 113, 11. 32. 117, 8. 118, 13. 34. 20, 1; *peremtionem* 46, 11; *assumtus*
 19, 8. 30, 15. 123, 27. 13, 15 et similiter 12, 8. 13, 6. 14. 23. 25. 72, 6; *assumptionem*
 77, 19 et similiter 21, 10; *consumti* 119, 10 et similiter 68, 23; *præsumta* 92, 3. 104, 4. 13.
 168, 28; *præsumtionis* 110, 32 et similiter 163, 15. 165, 34. 167, 15. 182, 10; *temptabant*
 191, 6 et similiter 77, 32; *theopemtus* 58, 14. 22 et similiter 65, 28. hic addo *c* inter *n*
 et *t* omissam: *coniunti* 192, 26; *santissimi* 116, 10; *santificatus* 68, 17.

p et *b* ante *s* et *t* promiscue scribuntur: *scribsit* et *scripsit*, *scribtum* *scribtura*
 et *scriptum* *scriptura*, *obtinere* et *optinere*, *obtulit* et *optulit*, *subtilis* *subtilitas* et *suptilis*
suptilitas. errori debetur *obtabilem* 178, 7. denique adfero *puplice* 105, 17 et
 similiter 18, 22. 20, 4. 50, 19; *puplicare* 116, 12.

g pro *c* scribitur: *ueregundia* 86, 8; *ægyptiaga* 18, 13; *grægorum* 39, 29. con-
 trarium accidit: *coaculatum* 8, 20.

qu recte in *c* mutatur: *anticum* 166, 25. 197, 18; *inicum* 147, 11. 12; sed scri-
 bitur etiam *anticorum* 41, 11; *tardilocos* 158, 3. raro *co* per *quo* scribitur: *quo-*
dorare 34, 18; *quoappellari* 34, 19.

ci ponitur pro *ti*: *gracia* 50, 22 et similiter 115, 3. 126, 7; *inducias* 36, 9. 57, 7.
 59, 23; *inicum* 21, 17; *tercio* 59, 32. 99, 3. 104, 28; *malicia* 191, 14; *potencia* 117, 19.
 178, 21; *exposicionem* 114, 30. 197, 17. 198, 6; *operacione* 113, 27; *racionabile* 117, 19;
relacionem 114, 14; *tradicionem* 128, 16; praeterea conferantur *malediccione* 68, 33;
sancione 50, 23. *zi* pro *di* habetur in *matizianus* 137⁹⁵. inuenitur etiam *ti* pro *ci*:
efficatius 68, 12. 122, 12; *fatiem* 190, 25; *initiens* 157, 20; *iuditium* 110, 10; *pro-*
uintia 107, 20 et similiter 81, 15; *suspitionem* 183, 19; *acatius* 62, 20. 64, 6. 66, 12.
 18. 32. 67, 16; *nitia* = *Nicæa* 128, 6.

t pro *d* finali scribitur: *at* 178, 14. 15. 29; *aliquit* 151, 17; *aput* 179, 14. 186, 12;
d pro *t*: *inquit* 25, 2. 150, 8. 153, 24. 190, 20; *adque* 177, 1.

semper scribitur *exsistere*; adnoto tantummodo *exisistentem* 21, 19. *exsilio*
 quoque legitur 114, 9. 118, 27; sed *exscripto* 195, 18. *ex* habetur pro *s*: *exce-*
lestissimos 192, 24; *expectabilem* 186, 7; *expoliasse* 154, 31; *s* pro *ex*: *spectant*
 184, 17.

nn pro *mn* scribitur in *mennone* 175, 31; idem uoluisse uidetur librarius in
menonem 175, 17.

r altera expungitur: *exprobas* 160, 9; *exprobans* 86, 23; *frustatus* 114, 22.

m finale omittitur: *beatitudine* 118, 17; *circumcisione* 25, 33; *confessione* 179, 19;
deitate 187, 3; *dispensatione* 91, 1; *expositione* 132, 9; *homine* 72, 6. 15. 125, 18;
humanitate 78, 30; *inreparatione* 96, 21; *intolerabile* 20, 21; *morte* 130, 30; *natiuitate*

74, 2; *passione* 67, 11; *ratione* 107, 30. 153, 37. 163, 32; *resurrectione* 73, 5; *salutare* 152, 30; *susceptione* 124, 31; *suscriptione* 177, 5; *coexistente* 164, 29; *remittente* 86, 7; *illa multitudo* 177, 26; *africa* 81, 21; *blasphemia* 67, 12; *contraria* 73, 3; *cultura* 192, 34; *epistula* 65, 1; *flamma* 156, 31; *forma* 126, 24; *gratia* 140, 4; *iusta* 100, 11; *rapina* 73, 17; *terra* 118, 5; *uespera* 84, 29; *congregata* 110, 34; *exposita* 83, 17; *conso-latu* 92, 22. 99, 3. 104, 28. 119, 16. semel legitur *studio pro studium* 97, 5. falso additur *m* finale: *auersionem* 181, 17; *carnem* 130, 25; *contentionem* 114, 30; *copula-tionem* 155, 26; *cultorem* 192, 23; *dispensationem* 161, 8. 194, 25; *diuisionem* 199, 29; *expositionem* 133, 18; *inhumanationem* 186, 17; *intellegibilem* 150, 23; *lamentationem* 81, 9; *mortem* 87, 24; *occidentalem* 175, 22; *omnem* 116, 11; *persuasionem* 125, 3; *profanationem* 192, 5; *similem* 142, 23; *substantialem* 165, 21; *uenerabilem* 147, 7; *dicentem* 188, 15; *facientem* 68, 21; *proferentem* 188, 14; *consensum et pacem* 188, 1; *episcopatum* 84, 23; *sensum* 190, 16; *statum* 92, 34; *tumultum* 182, 12; *animam* 150, 34; *causam* 194, 31; *concordiam* 178, 4; *constantiam* 142, 33; *iniuriam* 168, 27. 170, 2; *memoriam* 182, 26; *patientiam* 172, 14; *quam* 110, 29; *thesalliam* 171, 12; *hanc pro hac* 81, 13.

geminantur falso *pp*: *oportet* 11, 11 et similiter 4, 21. 28. 12, 24. 16, 24. 33, 18. 34, 18. 35, 26. 36, 8. 125, 33. 181, 17. 24. 186, 4; sed scribi solet *oportunus*. *cc*: *accacius* 185, 12 et similiter 38, 3. *ss*: *occassio* 160, 11. 183, 21 et similiter 100, 26. 163, 2. 191, 13, scribitur praeterea *occansione* 182, 25. 183, 20; *baptissma* 189, 11; antiqua scriptio est *caussas* 38, 7. *ll*: *optullit* 196, 11, *obtullerunt* 128, 19; *retullimus* 178, 5; *repullerunt* 60, 7; *utilliter* 197, 32; *thesalliam* 171, 12; *thessallonicensium* 62, 16. 119, 30. non geminatur: *eclesia* 185, 1 et similiter 185, 9. 195, 5; *permi-tamur* 89, 5; *repullerunt* 60, 7; *retulit* 113, 14 et similiter 178, 5; *accesit* 173, 15; *posse-sionem* 182, 16; *positis* 184, 16; *soffosionibus* 179, 31; *scisimi* 94, 7; *thesalliam* 171, 12; *thesalonicae* 41, 19; *thessallonicensium* 119, 30; *solemnibus* 182, 2; *solicitudine* 178, 9; *tranquilitatem* 110, 11; *cyrilus* 183, 30; *heladius* 135³⁶; *helesponti* 106, 20; *paladius* 134¹¹; *tralion* 136⁸⁷; *amiretur* 191, 12; *amirabilis* 191, 7; *amisisse* 100, 34; *panis* 127, 9; *erorum* 182, 25. recta et antiqua scriptio seruatur in *afluens* 124, 9; recte quoque, sed contra Latinorum consuetudinem scribitur *arii* 202, 11. 34. fere scribitur *cotidie*.

in compositis librarius uti solet scriptura phonetica neque tamen ita ut etymolo-gicam prorsus reiciat; ne a uitiosis quidem abstinet, qualia sunt *conperientes* 96, 11; *inperio* 174, 30; *inperator* 179, 8 et similiter 176, 30. 179, 3, uel a prorsus falsis uelut quodadmodo 151, 19; *abditamenti* 188, 19. *n* relinquit ante *m*: *conministrum* 171, 24. 172, 20; *committere* 173, 20; *inmaculatus* 73, 23 et similiter 36, 30. 203, 8; *inmeditatum* 151, 23; *inmensum* 157, 37; *inmortales* 68, 25 et similiter 127, 29; *inmortalitatem* 71, 5; *inmemorem* 168, 7; *inmundos* 34, 25; *inmutabile* 202, 36; *in-mutilatam* 113, 35 et similiter 184, 23; ante *l*: *conlaudasti* 185, 27; *inlata* 66, 19 et similiter 102, 19. 28; *inlegaliter* 142, 23; *inlicitas* 160, 33 et similiter 160, 37. 180, 7; *inluminat* 162, 29 et similiter 64, 20; *inlustribus* 65, 33; *inluxit* 144, 15; ante *r*: *conre-fertur* 131, 10; *conruentibus* 49, 12; *inrationalis* 158, 9; *inrationalia* 110, 11 et similiter 110, 20. 22. 111, 4. 158, 1. 13. 15. 182, 9; *inregularis* 104, 1 et similiter 114, 9. 15. 20. 116, 2. 5. 11. 111, 1. 175, 27; *inreligiosas* 170, 29 et similiter 170, 35. 173, 3; *in-repræhensibile* 42, 3 et similiter 20, 26. 50, 2. 188, 14. 24. 28, 7. 61, 21. 77, 9. 170, 19. 196, 1. 198, 13; *inrideatur* 203, 25; *inrogant* 151, 32 et similiter 160, 38. frequen-tissime *n* remanet ante *p*: *comparare* 167, 23 et similiter 96, 21. 168, 18. 19. 28, *compara-tionem* 169, 8; *conpati* 39, 30; *conpendiosas* 194, 25; *conpescat* 17, 2; *conpetit* 60, 5 et

similiter 172, 30. 182, 14; *conplentes* 85, 2 et similiter 179, 14; *conposuerunt* 105, 4 et similiter 163, 34. 171, 27. 172, 5; *compositionem* 182, 32; *conpræhendere* 57, 17 et similiter 82, 28. 116, 24. 164, 40. 170, 1, *inconpræhensibile* 202, 36 et similiter 24, 24. 169, 3; *compresbyteri* 94, 17; *inpassibilis* 21, 26 et similiter 21, 28. 24, 11. 13. 79, 16. 125, 19. 126, 19. 30, 22. 164, 17. 165, 29. 167, 27. 29. 35, *inpassibilitate* 154, 38 et similiter 164, 16. 26. 33. 167, 4; *inpellentem* 166, 8, *impulsos* 196, 17, *impulsionis* 196, 14; *inpermutabilis* 155, 9; *inpertit* 34, 5 et similiter 48, 16. 59, 23; *adinplens* 115, 25; *inpollutum* 187, 13; *inponebat* 67, 6 et similiter 115, 33. 119, 11. 97, 30; *inportabile* 40, 21. 175, 32 et similiter 115, 33. 196, 35; *impossibile* 114, 19. ante *b*: *conbibit* 19, 34; *inbuti* 43, 12. *d* non mutatur ante *t*: *adtententes* 9, 5; *adtestatur* 157, 7 et similiter 25, 5; *adtribuentes* 202, 14; ante *p*: *adpræhendit* 11, 7 et similiter 11, 9. 12. 27, 17. 149, 31. 151, 6. 175, 5; *adprobaueris* 50, 13; *adpropinquare* 91, 27; ante *q*: *adquieuerunt* 88, 30; ante *f*: *adfecit* 100, 15; *adfixisse* 154, 32 et similiter 154, 38. 160, 16. 90, 3; *adfirmo* 62, 16. 129, 3 et similiter 7, 25. 193, 27. 57, 33. 199, 26. 201, 7. 14. 202, 2; *adfuimus* 103, 8 et similiter 106, 26, *adfuturum* 81, 31; ante *n*: *adnexa* 176, 20; ante *l*: *adlocutio* 194, 19; ante *r*: *adrogationibus* 146, 20; ante *s*: *adserere* 108, 4; *adsignatum* 103, 28; *adsum* 148, 3; *adsumere* 44, 26 et similiter 77, 18. 159, 20. 171, 23. 13, 15. 78, 31, *adsumptione* 144, 35. 21, 10; *adsurgere* 188, 26; *adscribens* 42, 29 et similiter 71, 12. 95, 37. 157, 31. 32; *circumadstabant* 86, 9; *adstitisti* 145, 28; *adstruxit* 71, 11. scribi solet *suscribere* etc., sed extant exempla non pauca *b* retentæ: *subscribere* 114, 24. 177, 9 et similiter 83, 7. 8. 9. 87, 11. 111, 24. 173, 11. 117, 28. 132, 14. 16. 134². 174, 6. 177, 16. 19. 183, 32, *subscriptio* 173, 8 et similiter 116, 1. 177, 8. præterea adfero *subssistentiis* 78, 7; *subministrat* 131, 24; denique *obprobrium* 160, 30. de uaria scriptione *obtinere* et *optinere* etc. egi supra p. V.

Ultimo huius de codicis Parisini orthographia capitis loco non indigna quæ afferantur iudico exempla litterarum uel singularum uel plurium omissarum, quæ haud infrequentia occurrunt: *au(t)* 73, 7; *quo(d)* 67, 13; *adi(e)cerunt* 101, 2; *constantinup(o)leos* 127, 1; *par(a)ti* 102, 3; *pro(p)ter* 74, 13; *uestra(e)* 104, 3; *uid(e)retur* 81, 15; *ami(ci)tiae* 66, 23; *candi(di)anus* 96, 15 et similiter 88, 13; *congre(ga)ta* 83, 12; *di(ci)t* 152, 16, *di(ci)to* 158, 25; *mise(r)i)cors* 77, 32; *mo(do)* 62, 14; *opini(oni)bus* 159, 11; *præ(ter)mittere* 59, 13; *qui(bus)cumque* 81, 33; *reuer(ent)tissimum* 58, 5; *se(du)cuntur* 202, 15; *sus(ci)piens* 70, 23; *suspi(ci)one* 197, 37; *u(id)ere* 119, 8; *uirgi(ni)tatem* 153, 14; *uirgi(ne)* 70, 20; denique in fine lineæ *huius(modi)*.

Ex codice Parisino 1572 [p] fere sæculo post codex olim cœnobii S. Iuliani Turonensis, tunc Colbertinus, nunc bibliothecæ Parisinæ Armamentarii 972, litteratura pulcra, sed parum diligenter transcriptus est. præter prima et ultima folia quæ in p detrита sunt neque legi possunt, nullo usu est.

Ex codice p simillimo deriuatum est non sine multis et leuissimis interpolationibus exemplar codicum i et q. littera i notaui quem inueni codicem Vaticanum 4978 s. XIII; continet initio excerpta ex Ps. Isidori decretalibus, f. XXXVIII—XXXXI exemplar *constituti domini Constantini imperatoris*, f. XXXXI—XXXXVI canones symbolumque Nicænum cum præfationibus nominumque catalogo, f. XLVI—XLIX Constitutum quod dicitur Siluestri, f. XLIX—LI canones symbolumque Constantinopolitanum, tum inde a f. LI gestorum Ephesenorum uersionem antiquam siue collectionem Turonensem, neque tamen integram; desinit enim in fine f. LXXVIII in p. 109, 23 *deposuimus*. ad idem exemplar rediit codex Antonii Contii, Nouiono [Noyon] oriundi, iureconsulti in uniuersitatibus Biturigum [Bourges] et Aureliani [Orléans],

unde expressa est editio princeps [q], quæ Gregorio papæ XIII dedicata Parisiis apud Sebastianum Niuellium uia Iacobæa sub Ciconiis a. 1574 in lucem prodiit titulo præmisso: *Sanctum magnum Ephesinum concilium, ex quatuor primis generalibus Conciliis ordine Tertium, nunquam antea typis editum. Ex bibliotheca Antonii Contii, Iuris Vtriusque Doctoris, et Antecessoris in Vniuersitate Biturigum. Eiusdem cura et diligentia transcriptum et fideliter ad Autenticum exemplar comparatum.* nam, ut de summa quæ inter lectiones intercedit similitudine taceam, uterque codex magna laborat lacuna, qua p. 10, 13 *ad obscuros* usque ad p. 18, 11 *anathema* intercederunt.

Codicis instar est Collectionis Salzburgensis [S, id est *w* = codex Vindobonensis 489 s. X, *r* = codex Vaticanus 1320 s. XV] ea pars quæ non ex Collectione Veronensi, sed ex Collectione *TC* desumpta est, scilicet, si numeros huius uoluminis adhibes, 1. 3—5. 9. 14—20. 30—38. 40—45. 47—49. 60—68. 70. 73—76, cf. uol. 2 p. IIII sq. usque ad 38 in *S* pleraque, quamuis non omnes redeunt correcturæ recensionis *C* propriæ, cessant uero inde a 40 ita ut *S* in hac parte proxime accedat ad *T*. quod commode inde explicatur quod collector Salzburgensis codice usus est, cuius priorem quidem partem corrector quidam cum *C* contulit, in altera parte de hac opera destitit. sed restat difficultas: in altera enim illa parte desunt quidem, ut dixi, lectiones *C* ex correctura ortæ, sed inueniuntur hic illic falsæ quæ in *C* quoque occurrunt; cf. p. 112, 26 decentia *T*] decedentia *CS*; p. 118, 1 difficultum *T*] difficillimum *S* difficillimorum *C*; p. 118, 13 coepiscopum *T*] *ēpm CS*; p. 142, 16 citra *T*] circa *CS*; p. 173, 28 quod *T*] qui *CS*; p. 174, 11 eos *T*] *om. CS*; p. 176, 2 memorauimus *T*] memoramus *CS*; p. 176, 30 sit *T*] est *CS*; p. 180, 2 theodoto *T*] theodoro *CS*; p. 181, 28 alium *T*] aliquem *CS*; p. 185, 13 ex *T*] pro *Cw om. r*; traheretur *T*] traderetur *CS*. quas uitiorum concordantias casu ortas esse omnes equidem negauerim, sed conicere malim eum codicem cui correcturæ *C* inferebantur, et eum quo collector Salzburgensis usus est, inter se similes fuisse, in eo autem discrepasse quod ille totus correctus est, huius prior tantum pars et ne ea quidem ad amussim. ceterum collectorem Salzburgensem fuisse Cyrillianorum acrem asseclam triumque capitulorum aduersarium proditur notis codicis *w* margini hic illic adpersis; cf. imprimis p. 94, 1—4.

In Cyrilli capitulis [p. 33, 21—35, 15] codicibus uersionis antiquæ accedit Epitoma quæ fertur Hispana, s. VII initio a F. Maassen [*Gesch. d. Quellen* etc. p. 661] adscripta; codices adhibui Merseburgensem bibliothecæ cathedralis 104 s. X et Veronensem LXI [59] s. VII/VIII. quamuis autem codicem ab isto collectore adhibitum ex Collectione *T* deriuatum esse constet, non minus certum est illum ex Græco hic illic correctum fuisse.

Denique dicendum est de codice antiquo s. VIII Virdunensi Parisios in collegium societatis Iesu Claromontanum translato, deinde Meermano-Philippiano, nunc Berolinensi 79. scriptus est litteratura inhabili a librario indocto plurimisque scatet erroribus, sed propter ea quæ insunt, magna dignus est æstimatione. inscriptus est non prorsus apte *ĒPLE ROMANORŪ PONTIFICŪ*. quæ continet, accurate descripsit Otto Guenther in dissertatione *Auellana-Studien* [*Sitzungsber. d. Wien. Akad. philos.-hist. Cl.* 134 v, 1896]; hic ea tantum numero, ad quæ in hoc tomo edendo codicem adhibui: 1. Athanasii epistolæ ad Epictetum uersionem quam primus edidi in uol. 5 p. 321 sq.; 2. Cælestini epistolam ad Cyrillum [uol. 2 p. 5 sq.]; 3. Cyrilli epistolam ad Nestorium [p. 20 sq.]; 4. Cælestini epistolam ad Nestorium [uol. 2 p. 7 sq.]; 5. Cyrilli epistolam ad Nestorium [p. 26 sq.]; deinde multis aliis interpositis, numero XLIII in indice signatam, Cyrilli epistolam ad monachos [p. 3 sq.]. atque

in hac quidem deriuatus est ex codice eius simillimo quo usus est collector Salzburgerensis; plurimis enim locis concordat cum *TS* uel *CS*, semel [p. 4, 18] cum *S* solo. quod hic illic [p. 3, 21. 5, 19. 20. 8, 16. 13, 24. 32] seruat lectionem *T* correctura quæ in *CS* extat, non recepta, noli mirari. luculentum lectionis mixtæ exemplum extat p. 11, 29. uerba Græca ὅντος δὴ οὖν ἐναρπύους uertuntur in *CS* cum sit itaque palam, in *T* uere itaque palam est, quia in exemplari Græco ὅντως extabat pro ὅντος; *B* habet cum sit itaque palam est. digniores quæ animaduertantur, sunt concordantiæ *B* cum *C* p. 10, 19. 11, 31. 12, 8/9. 14, 21, quibus adnumero p. 6, 2, ubi *m* pro *C* stare uidetur, et inprimis in falsa lectione consensus p. 11, 1; sed ne hæc quidem explicationi quam proposui, contradicunt, non magis quam unum nouæ et propriæ uersionis uestigium incertum p. 5, 14, cf. p. 68, 16 = p. 122, 16. in Cyrilli epistula priore [VI] *B* proxime accedit ad *T* et *US*, incertus est consensus cum *C* p. 21, 15, nouæ et a ceteris diuersæ uersionis uestigium extat p. 20, 10/11. clarius res se habet in Cyrilli epistula altera [VIII]: *B* presse sequitur *US*, maxime in parte priore, in altera haud infrequenter etiam contra *US* concordat cum *T* [p. 29, 22. 30, 25. 31, 5. 9. 14. 16. 33, 18. 34, 16. 19/20. 23. 35, 1. 2/3. 6. 10. 15], rarissime cum *C* [p. 27, 14. 15. 30, 19]; neque desunt propriæ atque ex Græco exemplari petitæ uersionis documenta [p. 27, 12. 16. 17. 20. 22. 25/26. 27. 28, 4/5. 24. 30/p. 29, 1. 29, 6. 33, 18 (cf. codd. Γ). 25]. uidetur igitur ex codice stirpis quidem *T* descendisse, sed et ex *US* et ex Græco, raro quoque ex *C* correcto. in Cælestini epistulis *B* sine incommodo stirpi *T* adnumerari potuit; ubi a *T* recedit [uol. 2 p. 6, 9. 8, 10. 10, 24. 30. 11, 14. 31. 32], correcturæ singulari debetur neque ei quæ ad certos codices possit referri.

Versionem antiquam edidit post Contium qui nihil egit nisi ut codicem transcriberet, Stephanus Baluze a. 1683 Parisiis in Noua Collectione Conciliorum ex codicibus tum Colbertinis *p* et *a* atque uersione Contiana [*q*], adhibito etiam Collectionis Salzburgerensis codice S. Petri Bellouacensis tum Thuano, nunc Parisino 1456 mutilo et misere habito [cf. uol. 2 p. IIII]; pauca recepit præterea ex libro Roberti Winter [cf. uol. v 2 p. xvII]. quibus additamentis quamuis utilibus euenit ut uersionis antiquæ siue Collectionis Turonensis imago parum certa et clara præberetur. uersionem correctam siue Collectionis Casinensis partem priorem ex codicibus *m* et *v* edo primus.

II. DE VERSIONE ANTIQUA SIVE COLLECTIONE TVRONENSI

Versio Latina qua Gesta Ephesena ipsa, non singulares epistolæ proponebantur, neque Romæ neque Constantinopoli extitit, cum circa finem s. v Dionysius exiguus Cyrilli epistolæ synodicæ contra Nestorium cum capitulis translationem confecit se primum hoc munus suscepisse gloriatus et Petro, ni fallor, Scythiae tunc episcopo dedicauit [cf. uol. v 2 p. IIIIsq. 235, 17]. neque uersione antiqua quam F. Maassen nominauit Collectionem Turonensem, utuntur Facundus uel translator Innocentii Maronitæ [cf. quæ adnotaui p. 188, 27], sed præsto eam fuisse constat Liberato, dum paulo post concilium quintum [553] mortemque Vigilii [555, cf. 22 p. 153 Garn.] in Oriente breuiarium causæ Nestorianorum et Eutychianorum conficit. inde enim adfert p. 112, 16—19 [6 p. 26], p. 188, 27—189, 9 [8 p. 31], p. 193, 3—13 [9 p. 36. 37], p. 194, 5—16 [9 p. 37. 38], p. 199, 13—15. 17—21 [9 p. 38], p. 201, 1—11 [9 p. 38. 39], ubique lectiones *T* presse secutus¹⁾, etiam falsas, sicut omissionem uocis *medium* p. 201, 3; quod rarissime et in minutiis ad *C* accedit [p. 193, 9. 199, 20], casui tribuendum.

¹⁾ Notari uelim me non editione Garnerii, sed mea ipsius ex codicibus instituta recensione uti.

ex Cyrilli epistula ad Acacium Melitinensem [p. 195, 9—30] formauit narrationem 8 p. 29. 30; ibi luculentum extat uersionis antiquæ documentum. uerba Græca [uol. I 4 p. 21, 10] μή προανατείλαντος αὐτοῖς καὶ οἰονεὶ προεισκεκομισμένου τοῦ συνδέσμου τῆς ὁμοπιστίας in *TC* transferuntur ita [p. 195, 16]: *si non prior oriretur et ueluti præferretur unius fidei uinculum*, sed in *T* extat corruptela *prioriretur*, quam ut emendaret, scripsit Liberatus *prius iretur*. denique utitur breuibus illis narrationibus quales in *TC* intercalari solent; cf. 4 p. 16. 5 p. 17 cum p. 47, 9—13. 48, 3—33.

Videtur igitur consilium gesta Ephesena uniuersa Latine uertendi illo tempore captum esse quo propter controuersiam de tribus capitulis inter Iustinianum Occidentisque episcopos exortam ii qui Cyrilli concilii Epheseni principis auctoritatem contra Theodoretum Hibamque uindicabant, necesse esse censebant ut Occidenti collectio quædam omnium quæ et ante et in et post synodum acta erant, nota fieret. atqui in idem concluduntur ratiocinationes quibus uol. I 4 p. XII—XXVII eum qui uersionem antiquam confecit, usum esse antiquissima et a parte Cyrillianorum instituta probauit collectione, quæ quamuis in sæculo illo quod inter ipsius originem et translationem decurrit, non prorsus integra remanserit, tamen collectionibus Græcis, si summam rei respicis, fideliores pristini status imaginem repræsentat. quæ si recte disputata sunt, iam ne de loco quidem, quo translationis opus magnum sane et antea intemptatum confectum est, dubitabitur. Occidens concilii Epheseni præter Nestorii damnationem pacemque inter Cyrillum et Iohannem factam memoriam retinuit fere nullam; postquam Leonis papæ tempore translatae sunt epistolæ Cyrilli altera ad Nestorium et illa pacis confirmatoria ad Iohannem, quæ a concilio Constantinopolitano a. 448, tum in Chalcedonensi pro certissimo orthodoxiæ documento approbatæ erant, [cf. uol. v 2 p. xvsq.], nihil ex Ephesena materia in notitiam Occidentis peruenit, donec in fine s. v Dionysius exiguus, fere solus tunc utriusque linguæ Romæ peritus, Cyrilli epistolam synodicam et capitula Latinitati donauit. et dum pugna saeuit contra Acacium Anastasiumque imperatorem henotici protectorem et postquam Iustinianus theologum agere non sine ui atque arbitrio cœpit, summam qua inde ab initio floruit, auctoritatem in Occidente retinuit concilium Chalcedonense neque cuiquam in mentem uenit operam dare Epheseno. longe aliter in Oriente: ibi inde ab henotico et præcipue cum controuersia de tribus capitulis oreretur, Cyrilli concilium summa dignum habebatur ueneratione neque quicquam synodi Chalcedonensis auctoritati magis nocuit quam quod illius actis inerant quibus Ephesena detrectari uidebatur. atqui nusquam in Oriente tanta erat Latini sermonis notitia, ut magni operis Græci interpretatio auderi posset, præter Constantinopolim; ibi uero studium Latinitatis Anastasii temporibus uiguisse testis est Priscianus grammaticus Græca uertendi peritus, illius uitæ eruditionisque ecclesiasticæ pars quædam, ut ita dicam, erant monachi Gothici qui uulgo Scythici appellabantur, Latine loqui inde ab infantia consuefacti, Græce in regia urbe docti.

At insunt uersioni etiam origine, non uersione Latina. quarum ea quæ ad ipsa in concilio gesta pertinent, ex antiquis Græcis exemplaribus desumpta sunt. morem enim fuisse ut in synodis quæ Latine uel deponebantur uel subscribebantur uel legenda offerebantur, primo Latine proferrentur, tum præter subscriptiones Græca adderetur interpretatio, ex eis constat quæ in concilio d. 10. m. Iul. a. 431 cum legatis Romanis agebantur [cf. uol. I 3 p. 54, 18sq.], quem morem in monumentorum fide olim retentum esse non minus clare probatur codicis Atheniensis exemplo, ubi magistri militum per Orientem litteræ ad consularem Cypri primo Latine perscripta sunt, deinde uersio Græca adicitur [uol. I 7 p. 119sq.], quam in codicibus posterioris

ætatis in desuetudinem uenisse facile intellegitur. ex gestorum igitur exemplari Græco epistolam Latinam quam Cælestinus ad synodum dedit, descripsit collector *T* [uol. 2 p. 22sq.] aliter quam collectores Veronensis Frisingensis ceteri qui illam apographis scrinii pontificum Romanorum debebant, neque mirum si ex proxima interpretatione Græca pauca in *T*, multo plura in *C* transfluxerunt. similiter non dubito ipsius Latina Ambrosii uerba quæ in excerptis Ephesinis XII. XIII proponuntur [p. 71, 6sq.], ad exemplar Græcum referre, etsi in eo quo collector *T* utebatur, Cypriani textus Latinus in excerpto XI intercidit et ab interprete demum antiquo gestorum Chalcedonensium Rusticoque eum secuto restitutus est [cf. quæ adnotaui ad p. 70, 28]. eadem ratio facile adhibetur Cælestini epistolæ ad Nestorium [uol. 2 p. 7sq.], quæ in primo concilii consessu lecta atque in fidem monumentorum recepta est, præsertim cum in *TC* introitus formula ea sit quæ in ipsa epistula locum habet, diuersa uero est ab illa quæ in exemplaribus ex scrinio desumptis inuenitur; postea ex *TC* illa etiam in alios codicum stirpes peruenit. aliter uero res se habet in Cælestini epistulis ad Cyrillum [ep. I uol. 2 p. 5sq.], ad Constantinopolitanos [ep. V uol. 2 p. 15sq.], ad Iohannem Iuuenalem Rufum Flauianum a pari [ep. VI uol. 2 p. 21sq.] datas: illæ enim in concilio numquam lectæ neque ex illic gestorum codicibus Græcis desumptæ sunt. neque tamen eas a scrinio Romano deriuari crediderim, sed descriptas esse putare malim de ipsarum epistularum exemplaribus qualia in episcopi Constantino-
polis scrinia uel recepta uel aliunde per apographa transportata erant. quæ coniec-
tura inde confirmatur quod in *TC* epistolæ ad Cyrillum præmittitur introitus epistolæ ipsi aptus; quod hæc in ceteris duabus epistulis non adhibetur, factum est quoniam altera non ad episcopum, altera a pari ad plures data est. rursus igitur ad con-
clusionis necessitatem deducitur disputatio aliam uersionis antiquæ cogitari non posse originem nisi Constantinopolitanam.

Interpres in transcrendo eam legem obseruare uoluit, ut pro uocabulo Græco quantum fieri poterat reponeret Latinum neque male rem ei cessisse, si summam spectas, concedes. erat non Græcus Latine doctus, sed, ni fallor, ex diœcesis Thraciæ uel Mœsiæ prouincia oriundus cuius incolæ Latino sermone utebantur natiuo; haud raro enim Græcam orationem parum intellexit atque modo leuius modo grauius pec-
cauit. est ubi uocabulorum sensum quem ignorat, aut specie quadam similitu-
dinis plectus aut ex conexu falso diuinetur: p. 4, 28 *pauca, carissimi* = ὀλίγ' ἄττα; p. 100, 1 *impias et erroneas uoces* = ἀσεβεῖς καὶ ἀλιτηρίους φωνάς, et similiter p. 147, 6; p. 168, 35 *migrare* = ἀπονάσθαι; p. 168, 36 *uulneratum* = χασματιαίαν; p. 151, 31 *possidentibus* = τοῖς πλεονεκτομένοις; p. 164, 4 *oculi uisionem* = ὀφθαλμοῦ τὴν ιδέα; p. 20, 10 *utiliter* = χρηστῶς; p. 170, 33 *non ignoratos, sed doctos* = οὐκ ἀσήμων, ἀλλ' ἐλλογίμων; p. 119, 7 *ab optima ista conclusione iam reuocari* = ἀπὸ τοῦ εὐπροσώπου περιορισμοῦ τούτου ἀνακληθῆναι λοιπόν; p. 46, 26 *ne dederis locum et diuisionem discordiæ quæ serpit* = μὴ δῶις χώραν καὶ νομὴν ἐρπούσῃ διαστάσει; p. 95, 22 *aperte* = ὑπόγυον; p. 154, 31 *cruce spoliasset uirtute diabolum* = τῷ σταυρῷ στηλιτεύειν διαβόλου τὴν δύναμιν. uel significationem quam ex glossariis nouit, adhibet quamuis loco non apta sit: p. 195, 2 *cogi incessanter hoc agere* = ἀδιαλείπτως ἐπεί-
γεσθαι τούτο δράν; p. 39, 14 *ex operibus quæstus quosdam* = ἐξ ἀπόρων πόρους τινάς. eadem eruditionis tenuitas conspicitur quando uersiones uulgares ἐλέγχειν ἐλεγχος per *increpare increpatio* siue κατορθοῦν κατορθώμα per *corrigere correctio* locis ob-
truduntur ab illo sensu longe alienis.

Versionis genere atque habitu sibi et in eis quæ uoluit translator et in quibus defecit, constanti, Latinitatis colore per totum opus fere eodem, certæ cuiusdam Græcæ

electione collectionis quæ exemplar præberet, his omnibus si non uni homini, certo tamen uni consilio totum opus deberi probatur. cui conclusioni non obstat quod in actione de Charisio [cf. quæ ad p. 128, 8 adnotauit] uersione quæ in Collectione Palatina 38 extat, translator usus est; alias præterea uersiones singularium epistularum uel gestorum ei præsto fuisse non crediderim: certe Dionysii translationem Cyrilli epistolæ ad Nestorium synodicæ capitulorumque non nouit. quod uero eiusmodi operibus primo magis quam postea, simulatque in usum uenire describique cœperunt, accidere solebat ut apographon hoc uel illud manum correctoris ne Græca quidem consultare spernentis pateretur, hoc uersioni quoque antiquæ Gestorum Ephesenorum siue Collectioni Turonensi quamuis nescio an raro, certo tamen euenisse constat ex comparatione quam uol. 2 p. VI sq. inter *T* atque Collectiones Palatinam et Veronensem institui. accedit nota marginalis in *T* Cælestini epistolæ ad Iohannem et ceteros datæ adscripta [p. 37, 21]: *huius epistolæ locus sextus decimus est apud Græcos; observa ergo ut ibi transcribatur*, cui præcepto aut oboedierunt aut obœdire cœperunt codices *C*. ceterum exemplar Græcum quo corrector utebatur, pertinebat ad stirpem *SD*; ibi illa epistula nunc in *S* numerum 17, in *D* 17 præ se fert, sed si ratio habetur epistolæ 2 paulo post repetitæ et in *S* dupliciter numeratæ [cf. uol. 1 4 p. XI] et epistolæ Cyrilli ad Theodosium [7], quæ sine dubio postea illic inserta et a uersione Latina aliena est, in antiquiore istius collectionis forma illam Cælestini numeratam esse sextam decimam euadit. quoniam autem ad Græcam collectionem antiquissimam quam translator Latinus uertendam sibi sumpsit, ex Græcis quæ nunc extant, nulla propius accedit quam *SD* [cf. l. c. p. XII sq.], etiam correctorem simili exemplari usum esse apparet atque translatores ipsos.

III. DE RVSTICO DIACONO COLLECTIONIS TVRONENSIS CORRECTORE

Collector Turonensis [*T*] se ad operis finem peruenisse significat subscriptione ultimæ epistolæ [76] adnexa [p. 203, 28]: *IVVANTI DEO EXPL̄ TRANSLATIO PRIMA EPHESENI CONCILII AMEN DŌ GRATIAS*. pro hoc finis testimonio posuit corrector: *emendauit et distinxi interpretationem sanctæ synodi, deo gratias* neque, sicut ille, in hoc termino substitit, sed opus etiam maius proprio studio ac labore adiecit, per numerationis continuationem aliisque rationibus quas uol. 4 p. VIII exposui, testando hanc nouam et illam antiquam atque a se emendatam unius operis esse partes. sicut in altera parte, in priore quoque usus est bibliotheca Acœmetarum monasterii Constantinopolitani; in notis enim aut a codicis *m* librario ipso aut ab alio qui eodem utebatur exemplari, margini adscriptis non raro refertur de codice Acymitensium [p. 23, 3. 35, 16. 37, 19. 38, 1. 39, 7. 40, 29. 44, 4. 84. 114, 12. 119, 15. 174. 181, 5. 17. 185, 31; quæ p. 43, 2 olim extabat nota, nunc ita detrita est, ut legi non possit]. ter adnotantur uariæ lectiones, quarum duæ [p. 114, 12. 181, 17] in codice illo solo extare dicuntur speciemque præ se ferunt interpolationis, tertia [p. 185, 31] ad allocutionis formulam pertinet et in Græcorum codicum parte inuenitur. plerisque autem inter istas notas, ut de prorsus obscuris et corruptis p. 172, 28/29. 173, 17. 19 taceam, comparatur codicis Acymitensium contentus uel ordo uel numeratio cum ea collectione quam uertendam sibi proposuit translator; cf.

p. 84 in codice Acym̄ post hanc [ep. 28 = V 65] legitur relatio clericorum de sancta synodo in qua Dalmatius superscripsit [ep. 37 = V 86]

- p. 174 in Acym̄ hęc [ep. 61 = V 108 A 59, deest in Collectionis SD parte primaria] non iacet
- p. 119, 15 post hanc [ep. 45 = V 105 S 71 A 50] in Acym̄ petitio cleri Constantinopolitani epistula Scientes uestram pietatem multam curam facientem [ep. 48 = V 103 S 72 A 53; notanda est concordantia cum SD]; post hęc monumenta <de> Cypriis [A 81] et petitiones <de> duabus ecclesiis singulorum episcoporum Europæ [A 82]
- p. 181, 5 [ep. 68 = V 110] in Acym̄ iacet post satisfactionem Cyrilli ad imperatorem Theodosium [= V 118].

Hac ultima nota probatur codicem istum non uersionis Latinæ, sed Græcum fuisse; Cyrilli enim apologeticus ad Theodosium nullum anticum habuit translatores Latinum. cauendum igitur ne in errorem inducant notulæ quædam quæ ad epistulas ante synodum pertinent:

- p. 37, 19 ex alia translatione: iacet in codice Acymitensium ad Flauianum Rufum uel ad Iohannem XIII^a ipsa [= ἡ αὐτῇ, quod *a pari* uertendum erat]
- p. 38, 1 in alia translatione hoc habetur: in Acymitensium XXII iacet
- p. 44, 4 alia translatio: in Acymitensium XCIII
- p. 40, 29 . . . [abscissa] translatio: in Acymitensium nonagesimo primo

Quacumque ratione istam aliam translationem intellegendam esse duxeris, de hoc non dubitabis quin diuersa sit ab ipso codice Acœmetarum; immo significari apparet codicem quendam Latinum unde notulæ de codice Acœmetarum Græco desumptæ sunt. quem codicem Latinum librarius codicis C, id est archetypi codicum *m* et *v*, aliam appellauit translationem, ut eum distingueret ab exemplari uersionis antiquæ T, quod ex illo emendabat, quamuis parum apte translatio appellaretur codex cui Cælestini epistula Latina non translata inerat. ceterum ex numeris quibus epistolæ ante synodum in codice Acœmetarum signatæ erant, hi tantum notati sunt:

- p. 35, 16 XI = CT 9 V 24 S 14 A 22. quæ præterea in *m*² legitur notatio in Acymitensium iacet XCI, eam falso huc delatam esse apparet ex ea quæ extat p. 40, 29
- p. 37, 19 XIII = CT 13 V 12 S 18 A 9
- p. 23, 3 XV = CT 7 V 5 S 12 A 13
- p. 38, 1 XXII = CT 14 V 16 S 21 A 35
- p. 39, 7 XXIII = CT 15 V 17 S 22 A 36
- p. 40, 29 XCI = CT 16 V 13 S 19 A 16
- p. 44, 4 XCIII = CT 19 V 14 S 41 A 20

Hac ex paucitate neque contentus neque ordo collectionis quam codex Acœmetarum continebat, restitui potest; id tantummodo conicere licet epistulas V 13 et 14 initio omissas in appendice quodam locum habuisse.

Monasterii Acœmetarum codices strenue et indefesse explorauit Rusticus diaconus, postquam ei breui ante mortem Iustiniani contigit ut ex Thebaide quo relegatus erat, Constantinopolim rediret; quomodo ex illis studiis laboribusque exorta sit noua Gestorum Chalcedonensium recensio, exposui in dissertatione de his Gestis [*Abhndlg. d. Bayer. Akad. d. Wiss.* XXXII 2]. neque noua recensio uersionis antiquioris Gestorum Ephesenorum eo tantum illi similis est quod utrique eiusdem bibliothecæ codices adhibebantur; idem est consilium uersionem exemplari Græco artius accommodandi, idem studium codices conferendi, eadem ratio non totas sententias, sed sententiarum

partes uel singula uocabula uersionis antiquioris corrigendi; sicut illic, hic quoque minutiarum etiam nimis scrupulosa est obseruantia, quæ e. g. epitheta episcoporum εὐλαβέστατος et θεοσεβέστατος uno eodemque quale est *reuerentissimus* uel secundum usum Occidentalem *beatissimus* siue *uenerabilis* reddere nolit, sed inter *reuerentissimus* et *religiosissimus* anxie discernat. sunt quædam utrisque Gestis communia; monumenta eorum quæ Ephesi d. 22. m. Iul. a. 431 acta sunt, ex gestis alterius synodi Ephesenæ Chalcedone lecta, Cyrilli epistula altera ad Nestorium et epistula de pace ad Iohannem et primi et tertii, sicut primario numerabatur, consessus monumentis insertæ sunt, neque frustra comparatio inter utraque Gesta instituitur, dummodo uersiones antiquiores eadem uel fere eadem sint. quod accidit in Cyrilli epistula ad Iohannem, cuius ea uersio quæ in Collectione Veronensi [U] extat, in Gestis Chalcedonensibus utrobique, et in prima et in tertia actione [KK³] redit neque a Collectione Turonensi [T], unde desumpta est, nisi raro discrepat. atqui utraque noua recensio Gestorum et Ephesenorum [C] et Chalcedonensium [RR³] frequentia tam arti consensus exempla præbet, ut uni eidemque correctori ascribi debeant; cf.¹⁾

- p. 188, 15 διαβεβαιουμένου] affirmante CRR³ fide [uel fidem] dicente TUKK³
 16 καὶ αὐταῖς λέξεσιν] et ipsis uerbis CR sicut ipsis uerbis R³ sicut TUKK³
 24 δέ] autem CRR³ tamen TUKK³
 24/25 τῇ ὁμολογίᾳ τῆς οἰκείας ἀσθενείας ἀποκλείοντες] confessione propriæ infirmitatis præexcludentes CR confitentes propriam infirmitatem pro excludendis tamen [tamen om. R³] TUKK³R³
 26 ἐν οἷς] in quibus CR³ om. TUKR
 p. 189, 5 ἐνανθρωπήσαι] inhumanatus CR³ homo factus TUKK³R
 7 μὲν κοινοποιούντας] quidem communicantes CRR³ coniungentes TUKK³
 8 δέ] uero CRR³ om. TUKK³
 13 αἱ τε παρ' ἡμῖν καὶ αἱ παρ' ὑμῖν] nostræ et uestræ CR uestræ et nostræ TUK
 p. 190, 6 γάρ, om. unus codex] enim CRR³ om. TUKK³
 9 ὣν] existens CR³ ens R om. TUKK³
 ὡς] ut C sicut R tamquam R³ om. TUKK³
 11 ἐνωσιν] unionem²⁾ CRR³ unitatem TUKK³
 17 ἀλλ'] sed CR om. TUKK³R³
 p. 191, 17 μακάριον] beatum CR beatissimum TUKK³R³
 19 καὶ] et CR om. TUKK³R³.

At præter nouam gestorum Chalcedonensium recensionem extat alterum quoque Rustici opus, dialogus contra Acephalos, primo ab Iohanne Sichardo in Antidoto contra diuersas hæreses [cf. uol. v 2 p. 1] Basileæ 1528, tum a Gallandio in Bibliothecæ patrum t. XII editus non sine codicis subsidio, corruptelis tamen et lacunis adeo deuastati, ut magna pars ipsius Rustici disputationum uix possit intellegi. quod eo molestius est quo huc usque mihi quidem nullus codex innotuit qui librum istum contineat. tamen Baluzii exemplum secutus excerpſi eos locos quibus scriptiones

1) In exemplis Gestorum Chalcedonensium adferendis utor recensione a me ipso ex codicibus confecta, sed nondum edita.

2) Huic correcturæ, id est discrepantiæ inter ἐνωσιν et ἐνότητα in Latino quoque sermone conseruandæ multum operæ datum esse a C, id est a Rustico, ex indice uocabulorum perspicies.

quæ Actis Ephesenis insunt, laudantur, neque sine fructu; quamvis enim Rusticus more suo uersionem non unam semper eandemque sequatur, tamen haud raro extant eiusmodi concordantiæ cum recensione *C*, quæ fieri non potest quin ad eundem referantur auctorem. incipere liceat a Cyrilli epistula ad Iohannem:

p. 189, 5. 7. 8. 190, 17. 191, 17. 19 eas habet lectiones Rusticus quas supra ex *CR* siue *CR*³ siue *CRR*³ enotaui, quarum imprimis ea quæ extat p. 189, 7 digna est quæ animaduertatur propter uerbum mirum atque nouum *communificantes*. accedunt

p. 188, 27 τοιγαροῦν] igitur *CRust.* etenim *TUKRK*³*R*³

p. 189, 1 τὸν αὐτόν] eundem *CRust.* om. *TUKRK*³ post nobis coll. *R*³ cum nonnullis codicibus Græcis

p. 190, 16 τὴν θείαν τοῦ λόγου φύσιν] diuinam naturam uerbi *C* diuinam uerbi naturam *Rust.* naturam dei uerbi *TUKRK*³*R*³

29 παραιτούμενοι] uitantes *CRust.* metuentes *TUKRK*³*R*³

p. 191, 17 ὀρθοδόξως] orthodoxe *CRust.* recte *TUKRK*³*R*³

Sequatur Cyrilli epistula altera ad Nestorium, in qua Collectio Veronensis [*U*] tam presse sequitur Turonensem, ut eius quasi alter sit testis

p. 21, 4 καί] et² *CRust.* om. *TU*

6 ἀλλ'] sed *CRust.* om. *TU*

9 μόνην et μόνον] solam *CRust.* solum *TU*

11 ἀμβοῖν] ambobus *C* ambobus et ambabus *Rust.* utrisque *TU*

12 ἀνηρημένης] interempta *C*, *Rust.* quater, consumpta *Rust.* p. 48^a Gall. ablata *TU*

13 ἀποτελεσασῶν] perficientibus *CRust.* perfecerunt *TU*

13/14 θεότητος τε καὶ ἀνθρωπότητος] deitate et humanitate *CRust.* deitatis et humanitatis *TU*

15 καίτοι] et certe *C* dum certe *Rust.* licet *T* cum *U*

τὴν ὑπαρξιν] subsistentiam *CRust.* essentiam *TU*

23 ἐνωθεῖς] adunatus *C* unitus *Rust.* adunitam *TU*

28 πάλιν] rursus *CRust.* iterum *TU*

παθεῖν] passus *CRust.* pati *TU*

p. 22, 5 ὅτι] quia *CRust.* om. *TU*

12 πάλιν] rursus *CRust.* om. *T* iterum *U*

19 ἔχειν] habere *C* si sic habeatur *Rust.* dicere *TU*

κἂν εἰ] uel si *C* uel si et uel certe si *Rust.* licet *TU*

Item res se habet in Nestorii epistula ad Cyrillum

p. 25, 26/27 τῆς οἰκειότητος] propriificationis *CRust.* proprie factæ *T* proprietatis *U*

30 κακέινων] et illis *C* et ab illis *Rust.* illis *TU*

Multus est Rusticus in adferendis excerptis Ephesenis ex patribus, quæ dupliciter et in nr. 24 et in nr. 46 Collectionis *TC* extant:

p. 70, 20. 124, 10 καινοπρεπῶς et καινοπρεπῆς] noui decoris *C*²⁴*C*⁴⁶*Rust.* nouo modo *T*²⁴*T*⁴⁶*U*

p. 71, 20. 125, 6 quia quasi ex Græco *C*⁴⁶ quia et quoniam *Rust.* quasi *C*²⁴*T*²⁴*T*⁴⁶*U* imprimis excerptum XIII ex Gregorio Nazianzeno laudare solet:

p. 72, 9. 125, 21 ὅλων] toto *C*²⁴*C*⁴⁶*Rust.* in toto *T*²⁴*T*⁴⁶*U*

p. 72, 18. 125, 30 ἐκπέσοι] decidat *C*²⁴*Rust.* excidet *T*²⁴*T*⁴⁶ excidat *C*⁴⁶*U*

p. 72, 19. 125, 31 μέν] quidem *C²⁴Rust. om. T²⁴T⁴⁶C⁴⁶U*

p. 72, 20/21. 125, 32/33 εἰ καὶ οὕτως ὁ Παῦλος τὸ ἐντὸς τοῦ ἀνθρώπου καὶ τὸ ἐκτὸς προσηγόρευσεν] etsi sic Paulus quod interius [intus *Rust. p. 52^b. 53^a*] est [est om. *C⁴⁶Rust.*] hominis et quod exterius [foris est *Rust. p. 52^b. 53^a*], appellauit [appellauerit *C⁴⁶* nominauit *Rust. p. 53^a*] *C²⁴C⁴⁶Rust.* licet etiam [et ita *U*] Paulus interiorem hominem et exteriorem [interius hominis et exterius *U*] appellauerit *T²⁴T⁴⁶U*

p. 72, 22. 125, 34 τὰ ἐξ ὧν] ea ex quibus *C²⁴C⁴⁶Rust.* ex quibus *T²⁴T⁴⁶U*

p. 72, 24. 126, 2 τὰ ἀμφοτέρω] ambo *C²⁴Rust.* utraque *T²⁴T⁴⁶C⁴⁶U*

ibid. EN συγκράσει] unum commixtione *C²⁴Rust.* in [summæ unitio[n]is in *T²⁴*] contemperatione *T²⁴T⁴⁶U*

p. 72, 25. 126, 3 θεωθέντος] deitato *C²⁴C⁴⁶Rust.* deificato *T²⁴T⁴⁶U.* hæc concordantia grauissimi momenti est; quin enim Rusticus ipse inauditum illud *deitato* propter rationes dogmaticas finxerit, dubitari uix potest

p. 72, 26. 126, 4 ἐμπαλιν] conuerse *C⁴⁶* e conuerso *Rust.* e contrario *T²⁴C²⁴U* contrarie *T⁴⁶*

p. 73, 4. 126, 10 θεοκτόνων] deicidis *C²⁴C⁴⁶Rust.* dei interfectoribus *T²⁴T⁴⁶U*

p. 73, 6. 126, 12 παρεγγράπτους εισάγουσιν] subinscriptos inducunt *C²⁴Rust.* inscriptos dicunt id est adoptiuos *T²⁴* parengraptos dicunt, id est inscriptos *T⁴⁶C⁴⁶* fictos, quod Græci perigraptos uocant, dicunt *U*

p. 73, 7/8. 126, 14 κἂν] uel si *C⁴⁶Rust.* quamuis *T²⁴T⁴⁶U*

Hæc sufficient, puto, ut Rusticus Gestorum Ephesenorum uersionem antiquam siue Collectionem Turonensem emendasse Collectionisque Casinensis pars prior hanc ipsam illius recensionem repræsentare probetur. atqui istius Collectionis alteram partem ab eodem collectam et translata[m] esse qui priorem emendauit, constat: demonstratum igitur est Bolotouium ante hos fere quinquaginta annos recte opinatum esse, cum Collectionis Casinensis partem alteram Rustico diacono Gestorum Chalcedonensium emendatori ascriberet. ceterum illum opus Ephesenum post Chalcedonense aggressum esse olim exposui [*Abhndlg. d. Bayer. Akad. d. Wiss.* XXXII 2 p. 16].

Sicut in optimo codice Parisino 11611 præter adnotationes criticas etiam multæ aliae a Rustico marginibus adscriptæ leguntur, similes in codice Casinensi *m* inueniuntur. acris trium capitulorum defensoris contra Cyrillianos præ se ferunt nonnullæ malitiam, cuius uestigia multa in altera Collectionis Casinensis parte extant, cf.

p. 113, 30sq. *not ipsos petisse audientiam imperatoris.* petuntur Cyrillianorum mandatarii quod Chalcedone cum Orientalibus disputare noluerint.

p. 156, 9 *ab hinc pessima exempla uertibulum rerum et periturarum.*

p. 175, 24 *n̄ contra litteras Caprioli.* gloriantur Cyrilliani quod Africa uniuersa sibi consedeat, sed in litteris quas Capriolus episcopus Carthaginis ad synodum destinauit, scriptum est neque in Africa synodum congregari neque alium nisi unum Bessulam diaconum mitti potuisse [p. 81, 14sq.].

Eo qui contra Acephalos librum scripsit, digna est adnotatio p. 175, 31 *n̄ unde sibi nomen Acephali reppererunt*; clerico Occidentali conuenit concilia contra Pelagianos et Cælestianos ut rem memorabilem adnotare [p. 173, 4]; hominem Iustiniano infestum, qui episcopos sedes mutare non sine ui coge[n]bat, prodit adnotatio p. 178, 13.

Rusticum non uersionem tantum, sed etiam exemplaris Græci lectiones codicum Græcorum ope instructum correxisse multis docetur locis; inprimis luculentum exemplum præbet sacra ad Cyrillum destinata V 8. cauendum autem ne eius auctoritati nimium fidei tribuatur; non desunt loci quibus codices non meliores secutus sit.

Quamuis sermonem Græcum bene didicisset multosque translatoris antiqui errores ab eo satis feliciter correctos quauis fore pagina probetur, tamen præter non pauca uitia quæ intacta reliquit, extant quoque quæ minus bene egerit quam ille; cf.

p. 73, 16. 126, 17 φυτά = plantaria; arbores *T*

p. 106, 30 ὑποζυγίων = subiugalibus; iumentis *T*

p. 111, 6 συστροφή = coeuersio; cœtus *T*

p. 100, 6 καλλινίκων = decentissimorum; *om. T*

ex altera collectionis parte addo:

uol. 4 p. 12, 22 μελιιδός = dulciucocus

p. 116, 28 ἀκήρυκτον = infandum.

III. CANONVM EPHESENORVM VERSIO LATINA

Canones proprie dicti Ephesi a neutra parte constituti sunt, sed concilium Cyrillianorum postquam d. 17. m. Iul. a. 431 Iohannem Antiochenum et sodales communione priuauit, ita tamen ut peccatum confessis restitutio non negaretur, litteras encyclias [V 91] ad omnes ecclesias destinauit quibus huic decreto sex alia supplementi gratia addebantur. iterum eadem epistula ubique diuulgata est a synodo quæ Constantinopoli aderat circum Maximianum recens ordinatum et septem Cyrillianorum mandatarios [V 113]. quæ decreta adiuncto illo de fide quod finem facit actionis de Charisio [A 77, uol. I 7 p. 105sq.], in collectionem quandam canonicæ similem composita sub finem s. VI adhibuit Iohannes Scholasticus in Collectione L titularum, unde canones Ephesii quibus adcreuerant decretum de episcopis Cypriis [A 81] et epistula synodica ad episcopos Pamphyliae [A 83], recepti sunt initio s. VII in Collectionem XIII titularum.

Quæ omnia longe aliena sunt ab antiquissima illa canonum collectione cuius uel ante concilium Constantinopolitanum ad finem perductæ memoria apud Græcos tota fere interiit, seruata tamen est in uetustis collectionibus Latinis. quibus canones Constantinopolitanos et Chalcedonenses primo non infuisse, sed postea uario modo esse insertos certum est, Epheseni autem canones ne in istis quidem additamentis inueniuntur, desunt etiam in Dionysiana. uir ille pro sæculi illius barbarie minime indoctus neque librorum ope destitutus qui collectionis canonum Hispanæ formam primariam confecit, cum concilia Græciæ, ut eius uerbis utar, componeret neque Ephesenum omittere uellet, aliter canonum defectui mederi nesciuit nisi ita ut in eorum locum Cyrilli epistolam tertiam ad Nestorium alteriusque ad eundem partem reponeret. paulo post, opinor, accidit casu quodam, quem ut extricarem, mihi huc usque non contigit, ut una sola uersio canonum Ephesenorum in codice quodam s. VII non anteriore canonum collectioni cuidam accresceret, unde in tres peruenit, quos Friderici Maassen indefessa sedulitas detexit [p. 472. 544], duos quidem Dionysianæ recensiois Bobbiensis [O]. Ambrosianum S 33 sup. s. VIII [y] et Vercellensem 111 s. XI [z], tertium Parisinum 3858^c s. XII [P]. ex quibus eam, ne quid Actis Ephesenis deesse uideatur, hoc loco edere constitui.

Incipiunt capitula regularum canonum Ephesini concilii num̄ VIII

De episcopis qui in sancto concilio minime fuerunt et de eis qui destiterunt et se hæreticis applicuerunt

De episcopis qui reliquerunt sanctum concilium et apostatis se applicuerunt

De his <qui> ab hæreticis prohibiti sunt recta sapere

1—p. XVIII 7 *P om. O*

1 regulare *P*

2 destituerunt *P*

5 qui *om. P*

Acta concilliorum oꝛnamentorum. 13.

C

De clericis similiter qui destiterunt
 De condemnatis pro nequissimis actibus
 De confirmatione rectæ fidei uel de his qui ab hæreticis ueniunt ad catholicam ecclesiam
 Vt non liceat cuiquam episcoporum inuadere prouinciam ad alium pertinentem <et> ordinationem
 facere
 De his qui non audiunt instituta ecclesiastica et aduersantur rectæ fidei
 Expliciunt capitula

5

INCIPIVNT REGVLAE EPHESENI CONCILII NVMER̄ VIII
 DE EPISCOPIS QVI IN SCO CONCILIO MINIME FVERVNT ET DE HIS QVI
 DESTITERVNT ET SE HÆRETICIS APPLICVERVNT.

10

I Quoniam oportet etiam absentes qui in sancto concilio non interfuerunt, sed in prouinciis remanserunt, non ignorare quæ disposita sunt, notum facimus uestre sanctitati ut siue metropolitanus prouinciæ destitit a sancto et uniuersali concilio et applicuit se congregationi apostasiæ aut post hoc se applicauerit et sectam Nestorii sapuit aut sapuerit, hic contra episcopos prouinciæ agere aliquid non potest utpote omni ecclesiastica communione a modo de concilio repulsus et iam inefficax constitutus, sed etiam ipsius prouinciæ episcopis et qui in circuitu sunt metropolitanis qui orthodoxe sapiunt, subiaceat, ut omni modo et de gradu episcopatus eiciatur.

DE EPISCOPIS QVI RELIQVERVNT SCM CONCILIVM ET APOSTATIS SE
 APPLICVERVNT

20

II Si qui prouinciales episcopi defuerunt a sancto concilio et apostasiæ se applicuerunt aut applicare temptauerint et postquam subscripserunt in depositione Nestorii, iterum recurrerunt ad conuentum apostasiæ, hos omni modo secundum quod placuit sancto concilio, alienos esse sacerdotii et a gradu suo eiectos.

DE HIS QVI AB HÆRETICIS PROHIBITI SVNT RECTA SAPERE

25

III Si qui et in quacumque ciuitate clerici a Nestorio uel eis qui cum eo fuerunt, prohibiti sunt recta sapere, et hos proprium recipere gradum decreuimus, generaliter autem clericos qui uniuersali et orthodoxo concilio similia sapiunt uel sapuerint, nunc aut postea in qualicumque tempore eis episcopis qui destiterunt aut desistere temptant et transgrediuntur sanctos canones et fidem orthodoxam, iubemus nullatenus subiacere quocumque modo uel tempore.

DE CLERICIS SIMILITER QVI DESTITERVNT

IIII Si qui clericorum destiterint et ausi fuerint clam aut publice Nestorii sectam sapere, et hos esse depositos a sancto concilio.

1—v *Græce extant in uol. 1* 3 p. 27, 21—28, 14

4 et *om. P*

O [= *yz*], *P*

8 regulæ O statuta *P*

epheseni O huius *P*

numer̄ VIII O *om. P*

10 destituerunt *P*

11 numeri ex O 14/15 et — sapuerit *om. P* 16 ammodo *P* 17 et *om. y* 19. 20 *om. P*

21 siquis OP, corr. O se *om. P* 21/22 applicauerunt *P* 22 et *P* sed O 23 recurrunt *z* corr

secundum quod *yP om. y* corr *z* 25 *om. P* 26 uel ab *P* 27 recte *P* 29 eis episcopis

scripsi et epis *P* eos epos O 32 *om. P* 33 destiterunt *P* fuerunt *P* clam aut

O clamare *P* nestorii sectam O nestorium recta *P* 34 in fine add. iubemus *y* ^{ms}

DE CONDEMNATIS PRO NEQUISSIMIS ACTIBVS

- V Quanti pro nequissimis actibus condemnati sunt a sancto concilio aut a propriis episcopis et eis extra canonicam obseruationem secundum suam in omnibus indifferentiam Nestorius uel qui eius sectam sapiunt, reddere temptauerunt aut temptauerint communionem aut gradum, nihil prodesse et hos oportere nihilo minus esse depositos iudicauimus. 5

DE CONFIRMATIONE RECTÆ FIDEI VEL DE HIS QVI AB HÆRETICIS VENIUNT AD CATHOLICAM ECCLESIAM

- VI Definiuit sanctum concilium alteram fidem nulli licere proferre aut conscribere seu componere præter eam quæ definita est a sanctis patribus qui in Nicæa congregati sunt cum sancto spiritu; qui autem præsumpserint componere fidem alteram aut producere aut proferre uolentibus conuerti in agnitionem ueritatis aut ex paganismo aut ex Iudaismo uel ab hæresi quacumque, hos, si quidem sint episcopi aut clerici, alienos esse episcopos episcopatu et clericos clericatu; si uero laici sint, anathematizari. simili autem modo, si comprehensi fuerint siue episcopi siue clerici siue laici aut sapientes aut docentes ea quæ in prolata expositione a Charisio presbytero pro humanatione unigeniti filii dei continentur, hoc est horrida et peruersa Nestorii dogmata, quæ subter adnexa sunt, subiaceant definitioni huius sancti et uniuersalis concilii, certo constituto ut episcopus quidem ab episcopatu deponatur, clericus autem similiter decidat a clero; si autem laicus sit, et hic anathematizetur sicut prædictum est. 20

Item in supra scripto VI. canone: Similiter et si qui uelint quæ de singulis acta sunt in hoc sancto concilio, quocumque modo commouere, sancta synodus definiuit, si quidem episcopi uel clerici sint, proprium omni modo amittant gradum; sin autem laici, eos sine communione esse.

VT NON LICEAT CUIQVAM EPISCOPORVM INVADERE PROVINCIAM AD ALIVM PERTINENTEM ET ORDINATIONEM VEL DISPOSITIONEM IN EA FACERE 25

- VII Causam contra ecclesiasticas sanctiones et constitutiones sanctorum patrum nouiter factam et omnium libertatem maculantem adnuntiauit deo amabilis coepiscopus Reginus et qui cum eo sunt religiosi episcopi Cypriensis prouinciæ Zenon et Euagrius. unde quia communes passiones maioris egent sanitatis sicut et maiorem læsionem afferentes, si neque consuetudo prisca subsecuta est episcopum Antiochenæ ciuitatis in Cypro facere ordinationes, quemadmodum per suos libellos et proprias uoces docuerunt religiosi uiri qui sanctum concilium adierunt, inlæsi et sine uolentia permaneant qui sanctarum ecclesiarum Cypriensium præsules sunt secundum constitu-

VI *Græce extant in A 77 [uol. I 7 p. 105, 20sq.]*

VII *Græce extant in A 81 [uol. I 7 p. 122, 1—20]*

21—24 *redeunt infra sub numero VIII*

O [= yz], P

1 om. P	3 et hæ eis P	4 sectam O recta P	temptauerunt aut temptauerint P
temptauerunt y temptauerint y ^{corr} z	5 gradum eis P	7 firmacione P	11 præsumpserit O
13 quacumque hos] hos quicumque P	sunt P	15 siue ⁹] aut P	16 in om. z
16/17 humana natione P	20 a clero decedat O	21 si quid P	23 ammittat z si P
24 eos om. P	25 cuiquam om. O, corr. y ^{mg}	26 in ea om. P	27 causam om. O
om. O	cyprensis yP, corr. y	zenorius P	31 neque] et P
		32 et in P	34 cyprensiū P

tionem sanctorum et uenerabilium patrum manentes, secundum pristinam consuetudinem per se manuum impositiones religiosorum episcoporum facientes. id ipsum autem et per alias dioceses et in omnibus prouinciis obseruetur ut nullus deo amabilium episcoporum prouinciam alteram non constitutam ex antiquo sub eius uel antecessorum suorum manu occupare audeat, sed et si quis occupauit et sub se uiolenter fecit, eam 5 restituat, ut minime patrum constitutiones transgrediantur nec sub uelamine sacerdotali superbia potestatis irruat sæcularis nec lateamus libertatem paulatim amittentes, quam nobis donauit suo sanguine dominus noster Iesus Christus omnium hominum liberator. uisum est igitur sancto et uniuersali concilio seruari unicuique prouinciæ pura et sine uiolentia sibi pertinentia iura secundum antiquam consuetudinem licentiam habente 10 tradere metropolitano exemplaria gestorum pro totius prouinciæ munitione.

DE HIS QVI NON AVDIVNT INSTITVTA ECCLESIASTICA ET ADVERSANTVR
RECTÆ FIDEI

VIII Similiter et si qui uelint quæ de singulis acta sunt in hoc sancto concilio quocumque modo commouere, sancta synodus definiuit, si quidem episcopi uel clerici sint, 15 proprium omni modo amittant gradum; sin autem laici, eos sine communione esse.

EXPLICIVNT REGVLÆ EPHESENI CONCILII NVMERO VIII

Comparatione cum canonum Græca collectione XIII titulorum instituta apparet eam qua hic translator usus est, non prorsus eodem modo dispositam esse. ut totum epistolæ encycliæ [V 91] initium [uol. I 3 p. 26, 8—27, 20] finemque decreti de Cypri 20 episcopis [uol. I 7 p. 122, 20—22] omissum esse prætermittam, primo illic inserebatur decretum contra symbolum a Charisio prolatum epistolæ encycliæ ante illius canonem ultimum ita ut hic quasi appendix adiceretur, tum addebantur constitutio de Cypro et iterum canon ille ultimus sub proprio numero, quæ perturbatio ex duplici recensione facile explicatur. prorsus deerat sicut in collectione L titulorum epistula synodica 25 ad episcopos Pamphylæ. notandum præterea Cælestii mentiones esse deletas et uno certe loco in canone III translatozem exemplari usum esse simili atque collectionis XIII titulorum recensionem Patmensensem.

viii *Græce extant in V 91 uol. I 3 p. 28, 15—17*

OP

1 manentes] *postulatur* atque 3 per — dioceses *P* in alias dioceses *y* in aliis diocesibus *y^{corr}* 3
6 transgrediatur *P* 7 lædamus *O* 9 pura *P* puræ *O* pure *y^{corr}* 10 habentem *O*
11 metropolitanum *O* 16 gradum amittant *O* 17 *om. P*

Monachii mense Iunio a. h. s. XXVIII

E. Schwartz

COLLECTIONIS CASINENSIS
SIVE SYNODICI A RVSTICO DIACONO COMPOSITI
PARS PRIOR

C = Collectio Casinensis

v = Codex Vaticanus 1319 s. XII

m = Codex Casinensis 2 s. XIII

T = Collectio Turonensis

p = Codex Parisinus Bibliothecae Nationalis 1572 s. VIII

a = Codex Parisinus Armamentarii 903 s. X ex p descriptus

i = Codex Vaticanus 4978 s. XIII

q = Sanctum magnum Ephesinum concilium . . . numquam antea typis editum ex bibliotheca Antonii Contii, Iuris utriusque doctoris, et Antecessoris in universitate Biturigum eiusdem cura et diligentia transcriptum et fideliter ad Autenticum exemplar comparatum. Parisiis, apud Sebastianum Niuellium uia Iacobaea sub Ciconiis 1574

S = Collectio Salzburgensis

w = Codex Vindobonensis 489 s. X

r = Codex Vaticanus 1320 s. XV

B = Codex Berolinensis 79 s. VIII/VIII

H = Epitome Hispana

H^m = Codex Merseburg. 104 s. VIII

H^v = Codex Veronensis LXI s. VIII

|| — || inclusi sunt loci a Rustico correcti

|| IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI INCIPIT TRANSLATIO PRIMĪ EPHESINI
CONCILII CONTRA PRAVA DOGMATA NESTORII ALMAE CONSTANTINOPOLIS ECCLESIAE.
LEGE FELICITER

INCIPIT EPISTVLA BEATI CYRILLI AD MONACHOS ||

I 1 Cyrillus presbyteris et diaconibus patribus monachorum et || his || qui 5
uobiscum solitariam uitam adepti et in dei fide stant collocati, dilectissimis et desi-
derabilibus in domino salutem. Venerunt quidem aliqui eorum qui uobiscum
sunt, secundum consuetudinem in Alexandrinam ciuitatem; me uero requirente et
uehementer sciscitante si per uestigia paternæ mansuetudinis || ambulantes || et
uos ipsi, in fide recta et immaculata clarere festinantes || conuersationeque || 10
præcipua nobilitati, abstinentiæ laboribus rigaremini, uera arbitantes pascua propter
bonitatem eligere || fortiter || decertari, nuntiauerunt illi hæc quidem apud uos sic
se habere, adicientes quia priscas uirtutes munificentius augeatis. necessario
itaque ego gaudebam mensque mea magnanimitate lætabatur, suas faciens filiorum
uirtutes, et merito. est enim incongruum nutritores quidem puerorum uirtutibus 15
iuuenum congaudere et si quid ab eis agatur laudabile arte, hoc uelut quandam
coronam suis capitibus applicare illorumque fortitudine participari decorem, nos
autem cum simus patres spiritales et uos doctrinis ad bona certamina perungamus,
ut || motus carnis || euincentes et respuentes in peccatum incidere et a satana tempta-
tore deuinci palmam percipiatis, non potiore quam illi || deo amabili || magnani- 20
2 mitate || laetantes impleri ||. quapropter, sicut ait discipulus saluatoris, omne 2 Petr. I, 5-8
studium conferentes ministrare in fide uestra uirtutem, in uirtute
|| autem || scientiam, in scientia || uero || continentiam, in continentia
|| uero || patientiam, in patientia || autem || pietatem, in pietate || uero ||

I *Graece extat in V I S I*

C [= *vm*], T [= *a* (*usque ad* 19 motum), *p* (*inde a* 19 corporis), *iq*], S [= *wr*], B

1—4 IN NOMINE — MONACHOS C IN NOMINE DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI [*huc usque om. i*] incipit
translatio primi ephesini concilii Tractatus primus beati cyrilli alexandrini epi de incarnatione dñi
ad tocius egypti monachos contra nestorium constantinopolitanum ep̄m *iq om. a SB* 5—7 Cyrillus
— salutem *om. iq* 5 his *om. a* 6 nobiscum *iq* in *om. C* 8 alexandrinae ciuitatis *v*
9 ambularent *T* 10 conuersatione *ai* conuersatione et *q* 11 precipue *C* nobilitatis *corr B*
regarimini *a* regeremini *iq* 12 fortiter *om. T* 14 magnanimitate *iq* 15 incongruum *CaB*
congruum *corr corr iq S* 16 non congaudere *B* laudabile arte hoc *SB* hoc laudabile arte *C*
arte laudabile [laudabili *iq*] hoc *T* uelut *om. m* 17 fortitudinem *iq* decore *v* 18 patres
om. m perunguamus *S* perungamus *a* perurgamus *B* perurguamus *C* perurgeamus *corr iq*
19 motum corporis *T* 20 potiore *v* portiore *m* porciore *i* illa *corr* deo amabili *om. T*
21 laetari *TB* impleri *om. TB* 23 autem *om. T* uero *om. T* continentia *T* abstinentia
CSB 24 uero *om. T* autem *om. T* uero *om. T*

- fraternam dilectionem, in fraterna dilectione caritatem. hæc enim dum uobis præsentia sunt et abundant, non segnes nec infructuosos facient in cognitione Iesu Christi. ego namque reor || oportere || eos qui eligunt intellegibilem in Christo uitæ gloriam et sacram perambulare uiam, primum quidem simplici et inuiolata nobilitari fide, deinde ei augendam esse uirtutem, quo facto studere ditari Christianæ scientiæ sacramentis et ad perfectam scientiam ualde consurgere. hoc || enim || arbitror esse quod dictum est in uirum uenire perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis eius. prudentia itaque monachis conueniente uestros accingentes lumbos dimicate contra passiones animarum simul et corporum; sic enim eritis clari atque probabiles et in || spei bono quod || sanctis est || præparatum ||. sit autem in uobis præ omnibus aliis recta fides et quæ omnino reprehendi non possit. sic enim uos ipsi pietatis sanctorum patrum uestigia sequentes commorabimini cum eis in mansionibus supernis et in tabernaculis cælestibus habitabitis, de quibus sacratissimus Esaias meminit dicens: oculi tui uidebunt Hierusalem; ciuitas || diues ||, tabernacula quæ non || commouebuntur ||.
- 3 || Clara igitur quia et dignæ continentiae uobis est uita, recta quoque et inuiolata insidet fides, unde non nescio? || conturbatus || uero || non mediocriter sum audiens quia tumultus quidam ad uos pessimi peruenerunt et circumeunt aliqui simplicem uestram soluantes fidem ac uerbis inanibus excitant populum interrogantes atque dicentes sanctam uirginem utrum dei genetricem an non oporteat nominare. || et || erat equidem melius a talibus quæstionibus uos modis omnibus abstinere et quæ uix possunt uelut in speculo et in ænigmate contemplari sapientia || perfecti || et mente || præcipui ||, omnino nec tangere (|| suptiliora || namque || contemplationum || etiam perfectorum transcendunt sensum); sed quia iam || semel || hi sermones ad uestrum peruenisse probantur auditum et forsitan nituntur aliqui contendere et eis qui non sunt mente robusti, || quod attinet ad ipsos ||, inserere ueluti quodam aculeo læsionem, oportere || necessario || iudicaui pauca, carissimi, apud uos de his uerba proferre, non ut contendatis, sed potius ut si qui contra uos insurgunt, illorum uanitatibus ueritatem obicientes ipsi erroris dispendia declinetis et aliis sermonibus competentibus prodesse ualeatis tamquam fratribus suadentes ut antiquam fidem ecclesiis a sanctis apostolis traditam in suis animabus habeant sicuti quandam pretiosissimam margaritam.
- 4 Miratus itaque sum si omnino quidam dubitant utrum dei genetrix an non dicenda sit sancta uirgo. si enim est deus dominus noster Iesus Christus, quomodo non dei genetrix, quæ peperit uirgo? hanc nobis tradiderunt fidem sacri

C [= um], T [= piq], S [= wr], B

2 infructuosos uos *iq* 3 faciet *CwB* cogitatione *B* namque] nunquam *C* oportere
om. T 4 gloria *mw* glorie *iq* 5 simplicem et inuiolatam *v* fidem *pC* eis *w^{corr}*
6 studere ditari] istud hereditari *C* 7 enim *om. T* 11 spe bona quæ *T* præparata *T*
12 aliis *om. v* si *C* pietates *C* 13 commoramini *pw* 15/16 uel ierusalem habita-
tionem opulentam tabernaculum quod numquam transferri potest *m² in mg.* 15 ierusalem
habitationem opulentam *v VIII litteras eras. m* quæ est ciuitas *w^{corr}* uiuens *T*
16 mouebuntur *T* 17/18 clara — nescio *om. T* 17 claret *v* 18 unde uero *SB* non
del. w uero] enim *T* 19 quidem *w* apud *B* pessime *C* 20 exercitant *S*
22 et *om. T* equidem *vpSB* quidem *miq* 23 in³ *om. B* 23/24 perfectos — præ-
cipuos *pSB* 24 omni non hæc *B* omnino non *iq* suptiliores *TSB* contemplationes *T*
25 semel *om. T* 26 forsā *S* 27 quod — ipsos] hoc ipso *T* 28 necessarium *T*
30 errores *p* 31 fidem et *m* 34 quidem *S* 36 sancti *v*

discipuli, || etsi || sermonis memoriam non fecerunt; || sic || sapere didicimus a patribus sanctis. denique laudandæ memoriæ pater noster Athanasius exornans Alexandrinæ ecclesiæ sedem in cunctis || numero || quadraginta et sex annis et contra nefandissimorum hæreticorum adinventiones inexpugnabilem quendam et apostolicum obiciens intellectum et uelut odorifero unguento suis conscriptionibus 5 omnem satians mundum || et || cui pro rectitudine et integritate dogmatum omnes pariter attestantur, de sancta et consubstantiali trinitate nobis componens librum, in tertio sermone superius et inferius dei genetricem uocat uirginem sanctam, necessario || uero || utar eius uoce ipsis sermonibus sic habente

Intentio igitur hæc est et figuratio diuinæ scribaturæ, sicuti sæpe diximus, 10 c. Arian. duplicem in ea esse de saluatore || annuntiationem ||, et quia semper deus fuit 3, 29 et est filius, uerbum existens et splendor et sapientia patris, et quia nouissime propter nos carnem assumens ex uirgine dei genetrice Maria homo factus est.

Et post alia rursus: Plurimi siquidem sancti fuerunt et omni peccato puri; c. Arian. 3, 33 Hieremias autem et ex uentre sanctificatus est || et || Iohannes || dum || adhuc in utero 15 Ier. 1, 5 || portaretur, || exultauit in || gaudio super || uoce dei genetricis Mariæ. Lc. 1, 41

Dignus itaque uir, et || confidere oportet quia || non diceret || aliquid eorum || quæ sacris non conueniunt libris. quomodo enim a ueritate frustraretur ita clarus et famosissimus et in || ipsa sancta magnaue synodo || id est || Nicæna || per tempus || congregata || coram omnibus ammirabilis? nondum quidem episcopatus sede 20 percepta, sed magis inter clericos constitutus, attamen propter sapientiam aliamque mansuetudinem et subtili ualde incomparabilique prudentia tunc quidem assumptus est a beatæ memoriæ Alexandro episcopo eratque cum sene uelut filius patri ducatum ad utilia quæque præbens et ad singula uiam quæ erant agenda, demonstrans.

5 Et quia uerisimile est quosdam se putare ex ipsa scribura || sacra et || diuinitus 25 inspirata || hunc sermonem || refellere et super hæc || dicere || sanctum illum magnumque concilium [uideri] neque dei genetricem dixisse domini matrem neque omnino tale aliquid definisse, age || igitur || age, et || nunc, prout est possibile, || monstremus de intellegendo dispensationis Christi mysterio quo || quidem || modo a diuina scribura nobis sit prædicatum, et quid ipsi dixerint patres immaculatæ fidei definitionem pro- 30 ferentes, inspirante scilicet eis sancti spiritus ueritate. non enim erant qui loquebantur, ipsi secundum saluatoris uocem, sed spiritus dei et patris, qui loquebatur in Mt. 10, 20 eis. cum enim ita probatur quia deus secundum naturam || sit || qui ex sancta

C [= *um*], T [= *piq*], S [= *wr*], B

1 licet TSB	sermones <i>p</i>	sic quoque T	3 numero <i>om.</i> T	4 adinuen-
tionem B	5 abiciens C	6 et ¹ <i>om.</i> TSB	9 uero CS <i>om.</i> B namque T	in ipsis <i>v</i>
11 ea <i>om.</i> B	annuntiationem [ἀπαγγελίαν]	C promissionem [ἐπαγγελίαν]	TSB	deus semper C
14 omni — puri] mundi ab omni peccato B	15 et ² <i>om.</i> T	dum <i>om.</i> T	16 portaretur <i>om.</i> T	
gaudio super <i>om.</i> T	uocem CB	17 et <i>om.</i> m	confidere — quia] fiducia pollens [pollens et B] TSB	aliquid scripsi aliquis C <i>om.</i> TSB
18 eorum C ea TSB	19 ipso [ipsum B]	20 niceno per tempus [tempora T] congregato TB	21 constitutus] reputatus <i>iq</i>	sapientia <i>p</i>
22 et] et pro m ³ in <i>mg.</i>	subtilem — incomparabilemque prudentiam <i>w^{corr}</i>	25 se putare] reputare <i>w</i> putare <i>r</i>	sacra <i>om.</i> TSB	et <i>om.</i> TS
26 hunc sermonem <i>om.</i> T	in-	super B	dicere [φάσαι] CSB <i>om.</i> T	27 uideri [φανήσαι] CpSB uidere <i>iq</i> ; delere præter-
28 igitur C nunc TSB	nunc — possibile] uelut sub uno [ἐνί pro ἐν] TSB	29 quidem <i>om.</i> T	30 dixerunt Ci, <i>corr.</i> m ²	defensionem <i>iq</i>
32 saluatores <i>p</i>	33 ita <i>om.</i> C	est T		

uirgine natus est, nullum reor omnino segnem ut intellegere dubitet aut loqui quia dei genetrix sit dicenda, sed aperte profiteri, || et nimium consequenter. || sic || uero || se habet nostræ fidei symbolum

6 Credimus in unum deum patrem omnipotentem, omnium uisibilium inuisibilium-
que factorem; et in unum dominum Iesum Christum filium dei, natum ex patre 5
unigenitum, hoc est ex substantia eius, deum ex deo, lumen ex lumine, deum uerum
ex deo uero, natum non factum, consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt
quæ in cælo et quæ in terra, qui propter nos homines et propter nostram salutem
descendit et incarnatus est et || inhumanatus est ||, passus || est || et resurrexit tertia
die, ascendit in cælos, || inde || uenturus iudicare uiuos et mortuos; et in spiritu 10
sancto.

7 Hæresium igitur inuentores perditionis sibimet ipsis et aliis || foveas || fodientes,
in || tantum || sensuum || uanitatis || lapsi sunt, ut putent et dicant recentem esse
filium et sub æqualitate creaturarum, ut subsisteret, esse productum a deo et patre.
et eum qui est ante omne sæculum et tempus, magis autem || sæculorum || factorem 15
principio || temporis || circumscribentes fatui non erubescunt, minorantes autem
secundum quod eis uidetur, æqualitatem eius et gloriam a patre, eminere eum aliis
uix concedunt, mediatorem || uero || esse dicentes dei et hominum neque summitatem
eminentis gloriæ sortitum neque creaturarum præidentem mensuris. quis || ergo,
putas, || est qui et diuina excellentia minor et creaturae mensuris præest? incon- 20
siderata omnino res est et locus aut ratio nulla conspicitur inter creatorem et creaturam.
abstrahentes igitur eum, quantum ad ipsos est, a sede diuinitatis, filium et deum
Deut. 6, 13 nominant et adorandum existimant, || certe || palam clamante lege: dominum deum
tuum adorabis, et ipsi soli seruias, || nec non || per uocem quoque Dauid deo
Ps. 80, 10 dicente Israhelitis: non erit in te deus recens neque adorabis deum 25
8 alienum. sed illi quidem tamquam planum iter tritumque ueritatis relinquentes
Prou. 9, 12 ad foueas petrasque procedunt et, sicut ait Salomon, axibus agri sui errauerunt
et coaceruant manibus sterilitatem; nos autem, quibus diuinum lumen in mente
coruscauit, ab illorum stultitia recedentes et eligentes sapere incomparabiliter meliora
et sanctorum patrum sequentes fidem, natum dicimus uere ex dei || et || patris sub- 30
stantia filium deodecibiliter et ineffabiliter, et in subsistentia quidem intellegi propria,
|| eadem uero || substantia unitum genitori, et esse quidem in eo, habere uero rursus
in semet ipso patrem. confitemur || ergo || esse lumen ex lumine, deum ex deo
Hebr. 1, 3 secundum naturam æquæ || pulcritudinis || et æquæ operationis figuramque et splen-
dorem et per omnia || quæque æqualis mensuræ habendum || et nullo modo immi- 35

$C [= vm]$, $T [= piq]$, $S [= wr]$, B

2 genetrix dei p et — consequenter $om.$ T sic uero mB sic ergo v sic enim T
siue S sicut w^2 4/5 et inuisibiliumque p 9 et² $om.$ SB homo factus T est $om.$ T
est $om.$ TSB 10 ad iq inde C $om.$ TS sedet ad dexteram patris B 10/11 spm scm m^2 iq
12 haereseum SB foueam T 13 in tantam m^2 TS intenta B sensum v sensu m , $corr.$ m^2
uanitates m uanitate v uanitatem Tm^2SB 15 saeculorum CB saeculorum et S ante saecula et T
16 temporis $om.$ T 17/18 aliis uix TSB aliis qui uix m aliqui uix v aliis quisuis m^2 18 uero
 $om.$ TSB 19/20 ergo putas C etenim TSB 23 nominantes C certe $om.$ TSB cla-
mantem C legem p 24 et adorabis et B nec non C et TSB 26 delinquentes m
27 procedunt] confugiunt iq salomon vq solomon B axibus] aucibus B a gressibus m^2 in mg .
29 coruscat S 30 et $om.$ TB 31 dm decibiliter m^2iq subsistentia quidem] substantiam
fidem B 32 eademque T 33 autem TSB 34 gloriæ T operationes p 34/35 figuraque
et splendore S 35 quæque — habendum] æqualiter habentem T

nuendum. sic || enim || annumerato spiritu sancto sancta et consubstantialis trinitas in una unitur natura diuinitatis.

- 9 Sed scriptura quidem diuinitus inspirata carnem dicit factum || ex deo || uerbum, Ioh. 1, 14 hoc est unitum carni animam habenti rationalem; sequens autem euangelicas prædicationes sancta et magna synodus dixit ipsum unigenitum, qui ex substantia dei et patris 5 natus est, per quem omnia et in quo omnia, propter nos homines et nostram salutem || descendisse || quidem de cælis et incarnatum et || inhumanatum || passum et resurrexisse et quia secundum tempora ueniet iudex; nominauerunt autem ex deo uerbum unum dominum Iesum Christum. contemplandum || utique || quomodo unum dicentes filium, || dominum quoque || eum et Christum Iesum nominantes, ex deo et 10 patre natum dicunt || atque || esse unigenitum et deum ex deo et lumen ex lumine, 10 natum et non factum et consubstantiali patri, cum utique possit dicere quilibet quia Christi nomen aptetur non solum Emmanuhel, sed etiam in aliis hoc positum inueniamus. ait enim alicubi deus de electis et sanctificatis in spiritu: nolite tangere Ps. 104, 15 christos meos et in prophetis meis nolite malignari. sed etiam sacra- 15 tissimus Daudid unctum in regem a deo per manum Samuhel christum domini Saul 1 Reg. 24, 7 appellat. et quid hoc dicam, cum facile sit considerare uolentibus inspicere eos qui in fide Christi iustificati sunt et sanctificati in spiritu, || ista uocatione honoratos. || Ambacum denique propheta Christi sacramentum et per eum salutem præconatus est dicens: egressus es ad salutem populi tui, ut saluos facias christos tuos. Hab. 3, 13 ergo Christus nomen conuenit non || solo || et specialiter, sicuti dixi, Emmanuhel, 21 sed etiam aliis omnibus quicumque sancti spiritus gratia fuerint uncti. factus namque est ex re sermo et ab unguento uncti, id est a chrismate christi uocantur. quia uero etiam nos ipsi huiusmodi gloria digna<que> quærere gratia ditati sumus, adfirmat dicens sapientissimus Iohannes: et uos unctionem habetis a sancto 25 1 Ioh. 2, et iterum: non opus habetis ut doceat uos aliquis [aliter], sed sicut eius 20. 27 unctio docet uos. scriptum uero est etiam de Emmanuhel: Iesum e Naza- Act. 10, 38 reth, quia unxit eum deus spiritu sancto et uirtute. sed etiam sacratissimus Daudid ad eum alicubi dicit: dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem; Ps. 44, 8 propterea unxit te deus, deus tuus, oleo lætitiæ præ consortibus tuis. 30 quid ergo uidebit aliquis amplius in sancta uirgine præter alias, licet peperisse eam dicat Emmanuhel? nihil enim absurdum est etiam si uoluerit || quis || matrem 11 uniuscuiusque unctorum Christi nominare genetricem. || sed || multum interest et incomparabilibus differentiis gloriæ et eminentiæ saluatoris nostri || excludens || ea quæ nostra sunt. nos enim famuli sumus, ille uero naturaliter dominus et deus, 35 licet factus sit nobiscum et in his quæ sunt nostra, dispensatiue. propterea et beatus

C [= *vm*], *T* [= *piq*], *S* [= *wr*], *B*

1 enim <i>C</i> etiam <i>TSB</i>	3 ex deo] <i>dm̄ T</i>	6 et propter <i>m²</i>	7 aduenisse <i>T</i>
humanatum <i>m</i> hominem factum <i>T</i>	9 itaque <i>TSB</i>	10 dominumque <i>pi</i> deumque <i>q</i>	et²
<i>om. iqSB</i>	11 atque] et <i>T</i>	12 et¹ <i>om. S</i>	quia] qui et <i>iq</i>
hemmanuheli <i>m</i>	15 in <i>om. B</i>	16 unctus <i>v</i>	13 nomine <i>q</i>
18 honoratos ista uocatione <i>T</i>	19 abacuc <i>iqu^{corr}r</i> abbacuc <i>C</i>	rege <i>vprB</i> lege <i>m</i>	16 samuhelis <i>m</i>
21 xpi <i>v</i>	soli <i>mw²</i> solum <i>T</i>	sicut <i>pq</i>	22 factum <i>m</i>
23 unigenito <i>B</i>	24 dignaque	25 uere <i>TS</i> dignaque uera <i>B</i>	dicati
26 aliter sed sicut <i>mpB</i> sed aliter sicut <i>v</i> sed sicut aliter <i>S</i> sed sicut <i>p^{corr}iq</i> ; ἄλλως et ἄλλ' ὡς	27 emmanuhele <i>v</i> emmanuhelem <i>m</i>	iesu <i>C</i>	e <i>v</i> ex <i>SB</i> a <i>T</i> , <i>m²</i> in <i>ras.</i>
28/29 sacratissimus dauid etiam <i>v</i>	30 eleum <i>B</i>	31 audebit <i>iq</i>	32 emmanuhelem <i>C</i>
33 immo <i>T</i>	34 glorie et minentie <i>m</i> a gloria et eminentia <i>m²</i>	excludens ea <i>vSB</i> ex-	
cludentia <i>m</i> excludens <i>m²</i> munientis ea <i>T</i>	35 nostra] monstrata <i>iq</i>	et dñs et dñs <i>B</i>	

Ephes. 5, 5 Paulus Christum eum nominauit et deum, ita dicens: hoc enim estote cognoscentes quia omnis fornicator aut immundus aut auarus, quod est idolorum cultor, non habet hereditatem in regno Christi et dei. ergo alii quidem omnes, sicut dixi, erunt utique || et nimis consequenter || propter quod uncti sunt, christi; solus autem Christus etiam deus uere, qui Emmanuhel est, neque ueritate frustrabitur, si quis uoluerit dicere quoniam aliorum || quidem || matres Christi quidem genetrices, non tamen || etiam || dei genetrices, sola uero præter illas sancta uirgo et Christi genetrix simul et dei genetrix intellegitur ac || dicitur || genuit enim non purum hominem secundum nos, sed incarnatum potius et hominem factum ex deo patre uerbum. nuncupamur etenim et nos ipsi per gratiam dei, 10 uerumtamen non ita deus filius, sed natura magis et ueritate, licet caro sit factus.

12 Sed forsitan illud ais: dic mihi, putasne diuinitatis mater facta est uirgo? || et || ad hæc quoque dicimus quia natum quidem est indubitanter ex ipsa substantia dei et patris uiuens atque subsistens eius uerbum et sine principio in tempore existentiam habet, semper coexistens genitori et in eo et cum eo et existens et intellegendus, in nouissimis autem sæculi temporibus, quoniam caro factum est, hoc est unitum || est || carni animam habenti rationalem, natum dicitur etiam carnaliter per mulierem. assimilatur autem quodam modo natiuitati secundum nos sacramentum eius. matres etenim terrenorum, ministrantes naturæ ad nascendum, habent quidem in uulua coagulata paulatim carnem et ineffabilibus quibusdam dei operationibus procedentem 20 et || perficiendam || in specie humana, immittit autem animali spiritum deus quo nouit

Zach. 12, 1 modo; format namque spiritum hominis in || eum || secundum prophetæ uocem. altera || uero || carnis et altera similiter animæ ratio est. sed licet sint istæ solummodo || ex terra || corporum matres, attamen totum parientes animal, || dico uero || quod ex anima constat et corpore, non partem peperisse dicuntur, neque dicere potest 25 aliquis, || ut puta si dicamus || Elisabeth carnis quidem genetricem, non tamen || iam et || animæ genetricem; peperit namque animatum baptistam et tamquam unum ex ambobus hominem, anima dico et corpore. tale aliquid gestum percipimus et in generatione Emmanuhel. natum etenim est, sicuti dixi, ex dei patris substantia unigenitum eius uerbum; quia uero carnem assumens et propriam eam faciens appellatus est etiam filius hominis et factus secundum nos, nihil, reor, absurdum || est || dicere, magis autem et necessarium confiteri quia natus est secundum carnem per mulierem, sicuti denique et hominis anima cum proprio corpore nascitur et tamquam unum reputatur ad illud, licet altera natura præter illam intellegatur et sit secundum propriam rationem. et si uoluerit quispiam cuiusdam matrem dicere quia est 35 quidem || genetrix || carnis, non tamen etiam animæ genetrix, nimis superflue loquitur; peperit enim, sicuti dixi, bona arte compositum ex dissimilibus animal et ex duabus quidem, uerumtamen hominem unum, manente quidem utroque hoc quod est, con-

C [= um], T [= piq], S [= wr], B

1 scitote *m^aiqS* 3 cultor] seruitus *iqw* 4 sicuti *T om. B* et—consequenter *om. T*
5 cuncti *C, corr. v* est et *C, corr. m* 6 a ueritate *m* quidem *om. T* quidem sunt *m^a* 7 non—
genetrices *om. C, corr. m^a in mg.* etiam *om. T* 8 profertur *T* 10 ex deo patre] dei *iq*
nuncupabamur *m* et *om. iq* 12 et *om. T* 13 hoc *B* ex *om. C, corr. m^a* 15 et¹ *om. S*
16 est^a *om. TB* 18 similatur *S* natiuitatis *S, corr. w* 21 perfectam *T SB* 22 eo *T*
uoce *p* 23 ergo *T* 24 terrenorum *T* dico uero *om. T* 25 partemque *B* 25/26 potest
aliquis] possis *iq* 26 ut — dicamus *om. T* sic *m* 26/27 iam et *om. T* 29 sicut *SB*
31 factum *C, corr. m^a* est *om. T* 36 quidam *m* genetrix *om. T* 37 sicut *B*
dissimilibus naturis *w^{corr}* duobus *iqw^{corr}* 38 manentem *miqB*

currentibus autem uelut ad unitatem naturalem et quasi contemperantibus ad inuicem
|| quidquid || uelut proprium utriusque est.

- 18 Quia uero necessaria nimis est || unitio || in Christo, considerare facile et omnino
sine labore est etiam ex aliis multis. si || enim || uidetur, age, beati Pauli perscru-
temur uoces, perfectum sensum || et, || sicuti possibile est, subtiliter adtendentes. 5
ait enim de unigenito: qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus Phil. 2, 6—8
est esse æqualis deo, sed semet ipsum exinaniuit, formam serui susci-
piens, in || similitudinem || hominum factus, et habitu inuentus ut
homo, humiliavit semet ipsum. quis igitur est || ille qui est || in forma dei || et ||
rapinam non arbitratus est esse æqualis deo? aut quomodo exinanitus || est || et 10
descendit ad humilitatem et formam || serui ||? si quidem in duos diuidentes
unum dominum Iesum Christum, id est in hominem et uerbum ex deo patre, eum
qui ex sancta uirgine natus est, dicunt sustinuisse exinanitionem, separantes ab eo
dei uerbum, præostendendum est quia et in forma et æqualitate intellegitur et fuit
|| patris sui ||, ut etiam exinanitionis sustineret modum, in hoc quod non fuit, descen- 15
dens. sed nihil creaturarum est, si secundum propriam intellegatur naturam, in
patris æqualitate. quomodo ergo exinanitus dicitur, si natura homo existens natus
est secundum nos ex muliere? dic mihi, ex qua seniori eminentia homine potiore
ut esset homo, descendit? aut quomodo intellegitur assumpsisse, tamquam non habens
in principio, serui formam, qui naturaliter conuersatus est inter homines et sub iugo 20
14 seruitutis || positus ||? sed, aiunt, utique qui naturaliter et uere et liber filius ex deo
patre uerbum, in forma genitoris et ei æqualis || existens ||, inhabitauit in homine
nato per mulierem, et hoc est exinanitio et humilitatis causa et in serui formam
|| humiliatum ||. ita, o boni uiri, habitare solum in homine dei uerbum sufficit ei
ad exinanitionem, et cautum est dicere quia ita suscepit serui formam et iste eius erit 25
humilitatis modus? || certe audio || dicentem sanctis apostolis: si quis me diligit, Ioh. 14, 23
uerbum meum || custodit ||, et pater meus diligit eum, et ad eum ue-
niemus et mansionem apud eum faciemus. audis quomodo in || eis qui se
diligunt [se] ||, cohabitare sibi et ipsum dixit deum et patrem? putas ergo ipsum
uacuatum dabimus et similem sustinuisse humilitatem filio et serui formam suscepisse, 30
quia diligentium se animas sanctas facit || mansiones ||? quid autem spiritus 2 Tim. 1, 14
habitans in nobis? putas et ipse inhumanationis dispensationem adimplet an
certe per solum filium gestum dicimus causa salutis omnium atque uitæ? amoue
15 sic superfluam et uanam omnino sententiam. humiliavit igitur semet ipsum
|| illud || uerbum || quod || in forma dei et patris || existit ||, quando factum caro, sicut 35
Iohannes ait, natum est per mulierem, et qui natiuitatem habet ex deo patre, etiam Ioh. 1, 14
secundum nos sustinuit pati propter nos. nam doceant ipsi quomodo ex deo patre

C [= *um*], T [= *piq*], S [= *wr*], B

cura nobis || erit || sacræ tranquillitatis. omnia uero scito te commouisse non ut oportebat. et nihil mirabile est excedentem mensuram non usque ad ecclesiasticos et consacerdotes figere conamen, sed etiam de nobis ipsis credere nostræ aliquid pietatis indignum. aut quam habuit rationem alia quidem ad nos et piissimam augustam Eudociam meam coniugem scribere, alia uero ad meam sororem || piissimam || 5 augustam Pulcheriam? aut discordare nos æstimasti aut discordaturos sperasti ex tuæ reuerentiæ litteris. hoc autem etiamsi factum sic se habuisset, sua || curiosa || perscrutatione nosse eum qui sic procul || existat ||, omnino reprehensibile est, et non factum facere uelle || cuiuslibet potius quam sacerdotis. unius tamen conaminis eiusdemque propositi et ecclesiarum simul et imperatorum uelle membra secernere 10 4 || tamquam non || sit || occasio altera probitatis. ut autem scias qualia sint quæ nostra sunt, et ecclesias noueris et imperium || unitum || et adhuc amplius etiam || iubentibus || nobis uniendum saluatoris prouidentia dei, || et datam || tuæ reuerentiæ || ueniam ||, ut non occasionem sumas neque dicere possis quia propter sermones pietatis excluderis. exerceri enim eos coram sacro concilio uolumus et tenere, 15 quomodo uisum fuerit bene, siue inpertiantur || uenia || siue non a patribus, qui uincuntur. nos || tamen || conturbari ciuitates et ecclesias non patiemur, sed neque inexaminatos nobis sermones, quorum oportet iudices præsidere undique præsules sacerdotii et per quos nos firmiores ueræ || sectæ || sumus et erimus. omnino autem nullus || cui uel parum conuersationis bonæ adest participatio aut confidentiæ circa pietatem 20 dignus habere fiduciam, tale eliget declinare || iudicium, quando hoc neque uolenti licebit, nostra || diuinitate laudante quidem necessario eos qui cum deuotionis confidentia ueniunt ad huiusmodi discussionem, non sinente uero si quis || iubere magis 5 uult quam suadere aut suaderi de talibus. quapropter uenire oportet tuam reuerentiam secundum tempus quod aliæ significant litteræ ad omnes directæ metropolitanos 25 episcopos, et nostrum affectum non aliter reparandum sperare, nisi omnem quidem tristitiam turbamque compescas et ad perscrutationem quæstionum sponte conuenias. sic enim || fortasse || putaberis neque propria offensione percussus nec alicui contra quod conuenit, indignatus, et quæ iam facta sunt, dure quidem et extra rationem, omnino tamen pro || glorificatione || fecisse et de cetero quæ iusta sunt, uelle. non enim 30 uolentem aliter sustinebimus.

Inter hæc directa est alia sacra in || orbem || terrarum dei cultoribus episcopis, iubens conuenire eos in Ephesenam metropolim et celebrare concilium quod sedaret omnem turbam quam iniecerat in ecclesias contra gloriam Christi hæreticus Nestorius.

30—p. 49, 4 *Græce non extant, nouisse uidetur Liberatus, cf. 5 p. 17*

C [= *vm*], *T* [= *pig, inde a 32 p*], *S* [= *wr, usque ad 31*]

1 est *T* 5 eudoxiam *Cw^{corr}* scribere coniugem *m* reuerentissimam *T* 7 autem
om. *S* curiosa om. *T* 8 existit *TS* 9/10 cuiuslibet — secernere om. *T* 11 esset *T*
12 munitum *T* 13 dicentibus *T* ueniendum *m* muniendum *iq* et om. *T* data *T*
14 uenia *T* 15 exercere *p* uolumus *C* teneri *iq* 16 impetrent *iq* ueniam *mT*
16 uincuntur *iq* 17 igitur *T* 18 et om. *iq* 19 nos *TS* non *C* sectæ *CS* rectæ *T*
19—21 cui — declinare *CS* ita uel si parum participatus re publica dignus licentiam habebit secundum talem confidentiam declinare uelle *T* 21 eliget *S* eligit *C* 22/23 diuinitate — quis *CS*
non sinente maiestate quæ *T* 23 discursionem *C* 25 etiam secundum *C* quo *C* 26 separandum *C* 28 fortasse om. *T* 29 et^a om. *Ciq* 30 gloria *T* 31 uolente *C* sustinemus *pq*
32—p. 49, 4 om. *iqS* 32 omnem orbem *T*

conuenientibus igitur uniuersis et tardante reuerentissimo episcopo Iohanne occurrere ad concilium, cognoscens idem Iohannes quia tardauit in itinere, misit epistulam sanctissimo episcopo Cyrillo per dei cultores episcopos || Alexandrum Apamiæ et Alexandrum Ierapoleos || nuntiantem tarditatis causam, || quæ est || hæc:

XXI Domino meo || deo || amabili et sanctissimo comministro Cyrillo Iohannes in 5 domino salutem. Neque me mediocriter mordit quod omnino uestra sanctitate in Ephesum ueniente paucis his defui diebus. ipso enim opere desiderium circa tuam sanctitatem plus mihi inest uelocius iter arripere. sum || ergo || orationibus tuæ sanctitatis ad ianuas iam, multum passus itineris laborem. dies enim habeo triginta (tantum namque circulus itineris habet) iter faciens, nusquam penitus parcens 10 mihi nec aliquibus dominorum deo amabilium episcoporum inæqualitatem per iter habentibus, animalibus autem plurimis conruentibus pro assiduitate uiæ. ora ergo, domine, et has quinque aut sex mansiones sine tristitia nos iter agere et concurrere et amplecti sacrum nobis sanctumque caput.

Qui circa dominum meum deo amabilem episcopum Iohannem Paulum Macarium, 15 || præallocuntur || tuam sanctitatem. omnem quæ tecum est fraternitatem ego et qui mecum sunt, plurimum salutamus. incolumis orans pro nobis perseueres, domine deo amabilis et sanctissime.

EXEMPLAR MONVMENTORUM QVÆ GESTA SVNT IN EPHESO A SANCTO CONCILIO DE
DEPOSITIONE IMPII NESTORII

20

XXII 1 Imp̄p̄ Cæsares Theodosius et Valentinianus uictores triumphatores maximi semper augḡ Cyrillo episcopo. Pendet in dei cultura nostræ || conuersationis || status et multa his inest cognatio et insertio. complectuntur enim alterutra et utraque alterno profectu concrescit, ut uera quidem religio per iustitiam, res autem publica, dum per utrumque continetur, effulgeat. imperitare || igitur || con- 25 stituti a deo et || confirmatores || subiectorum || pietatis et securitatis existentes ||, inerumpibilem semper copulationem horum seruamus, || prouidentiaque diuinitatis || et hominibus mediantes. illi namque ministramus ad rei publicæ clementum; per omnia uero, ut ita dicamus, subiectorum curam habentes, hos pie agere et conuersari secundum quod pios decet, procuramus. utriusque conuenienter diligentiam 30 habentes (non enim possibile est, qui alterius sollicitus est, non similiter et pro altero cogitare), studium ponimus præ || aliis || omnibus ecclesiasticum statum deo decentem et nostris temporibus congruum permanere et habere ex omnium unanimitate tran-

XXI *Græce extat in V 30 S 20 A 17* XXII *Græce extat in V 25 S 24 A 30. uersionem antiquam correxit Collectio Veronensis XII 1—3 [US]*

C [= *vm*], T [= *p*, inde a 5 *piq*]

3/4 Alexandrum — Ierapoleos *om. p* alexandro — alexandro C 4 quæ est C est enim *p*
5 deo *om. T* 6 me *om. Ciq* mordet *viq* 7 diebus defui *m* 8 enim T 9 ad T
in C 13 iter *om. C* 15 dominum — Macarium] me sunt deo amabiles ep̄i iohannes paulus
macharius *iq* 16 proallocuntur *m* allocuntur T 18 dñō *miq* *subscr.* Explicit epis̄ XXI C*p*
19/20 item ēpla imperatorum ad cyrillum alexandrinum ep̄m [episcopum Alexandrinum *q*] *iq*
22 nostræ *q* uestræ *piC* uitæ T 23 in his est [inest *q*] *mq* hiis *nra i* 25 utraque *pq*
reffulgeat *p*, *corr. p* refulgeat *iq* imperitare *scripsi* imperatore *p* impetrare C imperatores *iq*
siquidem T 26 conuicti *p* coniuncti *q* commoti *i* pietate et securitate consistentes T
27 prouidentia T diuinitatis *om. T* 28 omnibus C 31 quia C 32 studium ergo *iq*
pro C aliis *om. T*

quillitatem et per pacem ecclesiasticarum rerum quietem || quoque || existere piæ religioni || et irreprehensibilitatem || et eos qui in clero magnoque sacerdotio constituti sunt, omni conuersationis querella priuari.

2 Hæc conspicientes per caritatem in deum et uoluntatem alterni amoris pie uiuentium roborari, sæpe quidem iam propter hæc quæ per tempus incidunt, necessariam undique sanctissimorum episcoporum deo amabilem synodum || iudicabamus ||, pigriores tamen circa fatigationem eorum reuerentiæ facti sumus. sed moderna necessariorum ecclesiasticarum et his coniunctarum publicarum utilitatum quæstio utillimam et ineuitabilem hanc ostendit, unde ne præsentis sic utilis quæstionis negligentia ad peius sumat auxilium, quod est pietatis nostrorum temporum alienum, 10 cogitet tua reuerentia post celebrationem || huius ||, quod deo comitante dicendum est, sancti paschæ ad Ephesiorum Asiæ conuenire in ipso sancto pentecostes die, paucos, quos adprobaueris, sub tua constitutos prouincia sanctissimos episcopos ad eam concurrere procurans, quatenus et sufficientes in ipsa prouincia sanctissimis 15 ecclesiis et synodo oportuni non desint. scriptum namque est a pari a nostra maiestate de prædicta sancta synodo deo amabilibus episcopis ubique metropolitanis, quatenus hoc facto et turba quæ ex dubitationibus prouenit, secundum ecclesiasticas regulas dissoluatur et in his quæ non decenter facta sunt, detur correctio et circa deum reuerentia et publicorum utilitas firma consistat, nulla quippe ante sanctissimam synodum et futuram ab ea communi decreto || in || omnibus dari || formam || nouitate 20 seorsum ab aliquibus facienda. et confidimus quidem unumquemque deo amabilium sacerdotum, || scientes || ecclesiasticarum et totius orbis || causarum gratia sanctam hanc || synodum hac nostra sanctione cogi, concurrere festinanter || his || quæ ita necessarie || et || ad dei placitum pertingunt, quantum poterit, || auxiliari ||. et nos quoque horum multam habentes sollicitudinem deesse nullum || tolerabiliter || patiemur, nec 25 ullam || uero || habebit ad deum nec ad nos satisfactionem qui non repente secundum prædictum tempus ad definitum locum festinanter aduenerit. nam qui uocatur ad sacerdotale concilium et alacriter non occurrerit, non bonæ esse conscientiæ demonstratur.

d.19.m.Nov. DAT̄ XIII KAL. DECEMBR̄ CONSTANTINOPOLI CONS DOMINORVM NOSTRORVM THEO- 30
a. 430 DOSII XIII ET VALENTINIANI III PP AVGG

Post hanc sacram, quæ uniformiter directa episcopis uniuersalem synodum congregari iubet, altera est directa quæ iam congregatæ synodo relegatur per magnificentissimum et gloriosissimum Candidianum comitem domesticorum, quem tunc

32—p. 51, 13 *Græce non extant*

C [= *vm*], T [= *piq*, usque ad 31]

1 quoque <i>om.</i> T	2 et ¹ <i>om.</i> T	inreprehensibilem T	3 et omni C	6 iudica-
uimus T	9 sic utilis <i>iq</i> sicut illis <i>pC</i>	11 huius <i>om.</i> T	14 sufficienter <i>pi</i>	15 desi-
nant <i>v</i> desinit <i>m</i>	17 factum T	19 nullam C	20 futura T futurum C	ab ea]
habeat C	commune decretum C	ab T	dare C	forma T
22 scientes <i>v</i> scientem <i>mT</i>	22/23 gracia causarum sanctissimam T	23 festinatur <i>m</i> festina-		
mus <i>v</i>	et his T	24 et ¹ <i>om.</i> T	subuenire T	25 libenter T
26 uero <i>om.</i> T	nec ad nos <i>om.</i> <i>v</i>	30 data <i>mT</i>	30/31 CONS — AVGG <i>om.</i> <i>iq</i>	
30 CONSS <i>m</i> CSS <i>v</i>	dn̄o nr̄o [non <i>m</i>] C	31 ualentiniano C ualentiniano <i>p</i>	aug C	
32—p. 52, 16 <i>om.</i> T	33/34 quæ — relegatur <i>post</i> comitem C, <i>transposui</i>	33 con-		
gregatæ synodo <i>scripsi</i> congregata est ynulo <i>v</i> congregata est y. nolo <i>m</i>		relegatur <i>scripsi</i>		
delegetur C				

pro disciplina praeposuerat imperator praecipiens quod deberet ordinate celebrari audientia. hæc autem non est in gestis inserta eo quod Candidianus noluisset dare huius exemplar, qui contradicebat ne ante religiosissimi episcopi Antiochiæ Iohannis aduentum synodus fieret. dicentibus uero episcopis quia nos secundum iussionem principis ad directa sacra concilium celebramus, alias uel recedere permittamur, legit 5 eis Candidianus secunda sacra, ueritus ne aliquis recederet a præsentī metropoli. hanc nominat sacram beatus Cyrillus episcopus Alexandriæ in sessione prima sanctæ synodi et interlocutione sic dicens: maxime quia et secundum decretum dei amantissi- p. 57,19—22 morum et amantium Christum imperatorum relectum est synodo per magnificentissimum comitem deuotissimorum domesticorum Candidianum, quod præcepit ea quæ 10 ad fidem pertinent, perscrutanda atque decernenda absque omni dilatione. hic ergo in suo est ordine posita, gestorum consequentiæ nihil impediens, in quibus prioris præcepti est locus et post hæc euidentius legitur

23 Imp̄ Cæsares Theodosius et Valentinianus uictores triumphatores maximi semper colendi sanctæ synodo in Ephesenorum collectæ. Omnium quidem quæ 15 in commune expediunt, multam facimus curam, præcipue autem eorum quæ pertinent ad pietatem, per quam ceterorum quoque bonorum affluentia præstatur hominibus. propterea olim quidem ad conueniendum uestram religiositatem in Ephesena metropoli competentia scripsimus; quoniam uero oportebat et pro ciuili ordinatione ac tranquillitate deliberationis uestrae sanctissimæ synodi curam agere competentem, neque 20 hoc præteriuimus ut undique inturbata persistat. et credimus quidem quia nullo extrinsecus adiutorio ad aliis quoque præstandam pacem uestra religiositas indiget; tamen erat nostræ et hoc diligentis circa pietatem prouidentia minime præterire. deputatus est igitur Candidianus magnificentissimus comes strenuorum domesticorum transire usque ad sanctissimam uestram synodum et in nullo quidem his quæ faciendæ 25 sunt de piis dogmatibus quæstiones seu potius expositiones, communicare (illicitum namque est eum qui non sit ex ordine sanctissimorum episcoporum, ecclesiasticis intermisceri tractatibus), sæculares uero et monachos qui olim propter hoc erant collecti atque concursuri, ab eadem ciuitate modis omnibus mouere, quoniam minime conuenit ut hi qui in nullo necessarii sunt disceptationi futuræ de dogmate, turbas 30 moueant et per hoc impediant his quæ pacifice [doceri] debent a uestra sanctitate disponi, et ut curet ne forte quæcumque diuisio <ex> odio amplius protendatur, ne forte ex hoc sanctissimæ uestræ synodi possit impediri tractatus et integra ueritatis inquisitio pro interiecto forsitan inordinato clamore reperi uideatur, magis autem patientissime unumquodque eorum quæ dicenda sunt, ad audiendum proponatur 35 quod fuerit uisum, et sic omnis per propositionem et resolutionem de uero dogmate perscrutatio absque qualibet perturbatione iudicetur et communi uestræ sanctitatis decreto absque seditione omnibusque placentem suscipiat formam. et præ omnibus uero a nostra diuinitate hic ipse magnificentissimus uir Candidianus iussus est omni

23 *Græce extat* V 31 = 147 S 44 A 31

C [= *um*]

1 proposituerat C debet m 1/2 ordine celebrare audientiam v ordinare audientia celebrare m
4 aduentus C 6 presentia C 7 nomina m 12 consequentia v 13 est om. m haec om. v
16 faciamus m 19 competentia Γ competentius C 21 ut scripsi et C intur-
bata scripsi incuruata v incurbata m 22 ad m ab v 25 sanctissimum m 28 tractan-
tibus m 30 disceptationi v disceponi m 31 mouant C 15 doceri v doci m, deleui
32 ex addidi protendantur m 35 ad om. m 36 reuolutionem m

modo custodire ut nullus de sanctissima synodo uestra tamquam ad propria reuer-
surus uel etiam diuinum nostrum comitatum petere uolens uel alibi ubicumque discedere,
prædictum locum qui ad disceptationem deputatus est, derelinquat neque ulla uero
alia modis omnibus ecclesiastica quæstio præponatur, uel quibuslibet expetentibus
uel quocumque modo ex qualibet condicione nata, quæ non pertinet ad propositam
sancti dogmatis audientiam, antequam omnis quæ de hac re mota est dubitatio resol-
uatur et quæ ad ueram eius inquisitionem pertinent, integerrime quæsita optineant
finem conuenientem rectæ religioni.

Cognoscat autem uestra religiositas placuisse nostræ tranquillitati nullum uel
coram uestra sanctissima synodo uel in publico iudicio uel pecuniarium uel criminale
contra quemlibet moueri negotium, si forte tale aliquid euenire contigerit, omnem
uero de his cognitionem confici circa hanc magni nominis ciuitatem; Irenæum
uero magnificentissimum uirum solius amicitiae causa profectum cum sanctissimo et
deoamantissimo episcopo huius magni nominis ciuitatis Nestorio, ita ut neque tracta-
tibus sanctissimæ uestræ synodi neque his quæ commissa sunt ei qui directus est a nobis
gloriosissimo uiro Candidiano quacumque ratione communicet.

EXEMPLAR GESTORVM QVÆ ACTA SVNT IN SANCTA SYNODO
EPHESENA METROPOLI DE RECTA FIDE

24 1 Post consulatum dominorum nostrorum Flauii Theodosii XIII et Flauii Valenti-
d. 22. m. Iun. niani III pp augg X Kal. Iulias synodo celebrata in Ephesenorum metropolim ex 20
a. 431 decreto religiosissimorum et Christianissimorum imperatorum || et || residentibus in
sancta ecclesia quæ uocatur Maria, reuerentissimis et sanctissimis episcopis

¹ Cyrillo Alexandria optinente et locum sanctissimi archiepiscopi Roma-
norum ecclesiae Caelestini

² et Iuuenale Hierosolymorum

³ et Memnone || Ephesenorum ||

⁴ et Flauiano Philippensium optinente locum Rufi reuerentissimi episcopi
Thessalonicensium

⁵ et Theodoto Ancyrae Galatiae primæ

⁶ et Firmo Cæsariae Cappadociae primæ

⁷ et Acacio Melitinæ Armeniæ

⁸ et Iconio Gortynæ Cretæ

⁹ et Perigene Corinthi Helladæ

¹⁰ et Cyro Afrodisiadis Cariæ

¹¹ et Valeriano Iconii

¹² et Hesychio Parii

¹³ et Hellanico Rodi

¹⁴ et Dynato Nicopoleos Epiri ueteris

24 *Græce extant in V 32—61 S 25—33 A 32. eadem versio plus minus correcta habetur in Col-
lectione Veronensi [US] XI. XII 4—30. XIII 8—20. XV 10—22. XVI. XVII 13—XVIII 3*

C [= um], T [= pig, inde a 17]

3 derelinquit C 5 propositum C 6 ex dubitatione corr. v

17/18 Exemplar — fide Cp Exemplar monumentorum quæ gesta sunt in Epheso a sancto
concilio super depositione Nestorii iq 19 consolat p dominorum non flauiani m 20 III Ciq
imp p pp] imperatorum iq metropoli T [= US] 21 et om. T 1 et om. vig
2 iuuenali T hierosolymorum p 3 ephesiorum T 4 et om. v 5 om. C 6 abhinc et
semper om. v 10 Cariæ] cæsariæ p 14 dinatione copoleos v dinationi copoleos m dunato p

- ¹⁵ et Eucharis Dyrrachii Epiri nouæ
¹⁶ et Perrebio Farmalii
¹⁷ et Eudoxio Chomatis Lyciæ
¹⁸ et Siluano Cheretapon Frygiæ
¹⁹ et Amphilocho Sidæ Pamphylæ
²⁰ et Epiphano Cratiæ Honoriadis
²¹ et Gregorio Cerasuntis Ponti Polemoniæ
²² et Prothymio Comanæ
²³ et Palladio Amasiæ hellesponti
²⁴ et Senecione || Scodrorum ||
²⁵ et Acacio || Arcis ||
²⁶ et Docimasio Maroniæ Thraciæ
²⁷ et Iohanne Proconissi
²⁸ et Danihele Coloniæ secundæ Cappadociæ
²⁹ et Romano Raphiæ
³⁰ et Pauliniano Maiumæ Gazæ
³¹ et Paulo Anthedonis
³² et Fido Ioppæ
³³ et Iohanne Sycomazonis
³⁴ et Theodoro Gadarorum
³⁵ et || Litoio || Libiadi
³⁶ et Abdella || Elusæ ||
³⁷ et Theodoro || Aribdilon ||
³⁸ et Petro Parenbolorum
³⁹ et Iohanne Augustopoleos
⁴⁰ et Saida Phaenensi
⁴¹ et Rufino Taborum
⁴² et Anysio Thebarum
⁴³ et Callicrate Naupacti
⁴⁴ et Domnino Opuntis
⁴⁵ et Nicio Megarensium
⁴⁶ et Agathocle coloniæ
⁴⁷ et Felice Apolloniæ et Belliadæ
⁴⁸ et Theodoro Dodonis
⁴⁹ et Anderio Chersonisi Cretæ
⁵⁰ et Paulo Lampæ
⁵¹ et Zenobio Cnosi
⁵² et Luciano || Topirii || Thraciæ
⁵³ et Ennepio || Maximianupoleos ||

C [= *um*], *T* [= *piq*]

- ¹⁷ chromatus *C* ¹⁸ cretapontis *v* chrerera ponti *m* ²⁰ traciæ *v* ²¹ polemi inaci *C*
²² comanæ *US* conanæ *T* comnane *C* ²³ piladio *C* hellesponti *T* hellesponto *C* *corruptela*
Græca pro 'Ελενοπόντου ²⁴ scodrorum *m* scoarorum *v* codrorum *pq* [= *US*] cocodrorum *i*
²⁵ arcæ *T* [= *US*] ²⁶ arachiæ *v* ²⁸ colonæ *p* ³³ iohannes *C* ³⁴ gadarorum *pq*
gadorum *i* gadarum *C* ³⁵ letoio *T* [= *US*] ³⁶ elusi *p* eleusi *iq* ³⁷ aribdilæ *T* ³⁸ parem-
bolorum *iq* parembolorum *C* ⁴¹ *corruptela* *Græce* TABΩN *pro* ΓΑΒΩN ⁴³ callicraten *C*
⁴⁶ agathoclei coloniæ *v* agathocleoniæ *m*; *cf.* Γ ⁴⁹ cherchonisi *m* cherchoinsi *v* ⁵⁰ lampæ *C*
⁵¹ gnosi *iq* conosi *C* ⁵² topirii *v* tiporu *m* poteri *T* ⁵³ maximianopoleos *T* [= *US*]

- 54 et Secundiano Lamiae
 55 et Dione Thebarum Thessaliae
 56 et Theodoro Echinei
 57 et Martyrio Elistrorum
 58 et Thoma Zerbæ
 59 et Athanasio parosithi
 60 et Themistio Iassi
 61 et Apthonito Heracliae
 62 et Phileto || Amyzonis ||
 63 et Apella Cibræ
 64 et Spudasio Cerameorum
 65 et Archelao Myndi
 66 et Phania Arpasorum
 67 et || Promachio || Alindorum
 68 et Philippo Pergamorum Asiae
 68 et Maximo Cymæ
 70 et Dorotheo || Myrinæ ||
 71 et Maximo Assi
 72 et Euporo Hypeporum
 73 et Alexandro Arcadiopoleos
 74 et || Eutyche || Theodosiopoleos
 75 et Rodone Paleas poleos
 76 et Eutropio Euazorum
 77 et Afobio Coloæ
 78 et Nestorio Sion
 79 et Heraclcone Tralleorum
 80 et Theodoto mysæ
 81 et Theodoro Anineti
 82 et Timotheo Briulorum
 83 et Theodosio || Mastaurorum ||
 84 et || Tychico || Chytrorum
 85 et Eusebio Clazomeniorum
 86 et Euthalio Colophonis
 87 et Modesto Aneorum
 88 et Theodosio || Prienæ ||
 89 et Eusebio Magnisiae || Sipyli ||
 90 et Saprício Paphi Cypri
 91 et Zenone Curii Cypri
 92 et Regino Constantiae
 93 et Euagrio Solonorum
 94 et Cæsario chorepiscopo

C [= *um*], *T* [= *piq*]

57. 59. 61. 63. 65. 67. 69. 71. 73. 75. 77. 79. 81. 83. 85. 87. 89. 91. 93. 95. 97. 99. 101. 103. 105. 106. 107a. 109. 111.

113 *post* 114 *ponunt* *C* 59 *parosithi corruptela Græca* 62 *amyazonis C amazonis T* 65 *archilao C*
 67 *promachio T [= US]* *elendorum C* 70 *mirenæ T* 72 *hupeporum p* 74 *eutycho T*
 77 *colouæ C colæ iq* 79 *eracione C heracleorum p heracleo iq* 80 *thedoto p theodoro i* *corruptela Græca pro Νύσης* 83 *mastorum T* 84 *tychio mT* 88 *prinæ T*
 89 *Sipyli om. T* 90 *papi p* 91 *cyrii pq cyri i* 93 *euacrio C uagrio p*

- ⁹⁵ et Tribuniano Aspendi Pamphyliæ
⁹⁶ et Nunechio Selgæ
⁹⁷ et Solone Caralliæ
⁹⁸ et Acacio Cotennorum
⁹⁹ et Nesio Corybrassi
¹⁰⁰ et Matidiano Coracensiorum
¹⁰¹ et Nectario || enneorum ||
¹⁰² et Eutropio Etennorum
¹⁰³ et Tariano Lyrbæ
¹⁰⁴ et Eusebio Asponorum Galatiæ
¹⁰⁵ et Filumeno Cinnæ
^{105^a} [et Strategio]
¹⁰⁶ et Eusebio Heracliæ Honoriadis
¹⁰⁷ et Paralio Andraporum hellesponti
^{107^a} [et Siluano Ceretaporum]
¹⁰⁸ et Hermogene Rinocurorum
¹⁰⁹ et Euoptio Ptolomaidis Pentapoleos
¹¹⁰ et Eusebio Pelusii
¹¹¹ et Eulogio Terenuthidos
¹¹² et Adelphio Honupheos
¹¹³ et Paulo Fragoneos
¹¹⁴ et Phibammone || Copti ||
¹¹⁵ et Theopempto Cabaseorum
¹¹⁶ et Macario || Meteleos ||
¹¹⁷ et Adelphio Saeos
¹¹⁸ et Macedonio Xoeos
¹¹⁹ et Marino Heliupolitarum
¹²⁰ et Metrodoro Leontorum
¹²¹ et Macario Anteorum
¹²² et Pabisco Apollonis
¹²³ et Petro Oxyrinchi
¹²⁴ et Strategio Athribidis
¹²⁵ et Athanasio Paral
¹²⁶ et Siluano Coprithidis
¹²⁷ et Iohanne Ephesti
¹²⁸ et Aristobolo Thumueos
¹²⁹ et Theone Sethroiti
¹³⁰ et Lampetio Casii
¹³¹ et Cyro Acheorum
¹³² et Publio Olbiæ

C [= *um*], T [= *piq*]
⁹⁷ somone C ⁹⁹ corobrassi v ¹⁰¹ neorum T ennorum US Græce Σευνέων ¹⁰² egen-
 neorum C ¹⁰⁴ aspanorum Ciq [= US] ^{105^a} strategio atribidis iq; *repetitum ex 124*
¹⁰⁷ andrapodorum C *corruptela Græca pro* Ἐλενοπόντου ^{107^a} om. iq; *repetitum ex 18*
 cerataporum p ¹⁰⁸ rinocorum miq rinorum v ¹¹¹ terenutidis C [= US] ¹¹⁴ coptæ T
¹¹⁶ meleos T ¹¹⁷ 119, 121 123 125, 127 129 131 133 135 137 139 141 143 145 147 149 151 153 post 154
 habent C ¹¹⁷ seos T ¹¹⁹ heliopolitarum iq heliopolitarum C ¹²³ pauisco C ¹²³ ox-
 rint C ¹²⁴ om. iq hacribidis C ¹²³ thumueos C ¹²⁹ retroiti C sethrysti p sethristi iq
¹³⁰ lampetii pm cassii T [= US]

- 133 et Samuhele Dystheorum
 134 et Zenobio Barcæ
 135 et Zenone Teuchirorum
 136 et Danihele Dardaneorum
 137 et Sopatro Septimiacæ
 138 et Eusebio Nilopoleos
 139 et Heraclide Heraclii
 140 et Chrysaorio Afroditæ
 141 et Andrea Hermupoleos
 142 et Sabino Panos
 143 et Abraham Ostracenæ
 144 et Hierace Aphnæi
 145 et Alypio Selæ
 146 et Alexandro Cleopatridis
 147 et Isaac Tauæ
 148 et Ammone Buti
 149 et Heraclio Thineos
 150 et Isaac Elearchiæ
 151 et Heraclio Tamiathidis
 152 et Theona Psinchi
 153 et Ammonio Panephyssi
 154 et Bessula diacono Carthaginis

- 2 Petrus presbyter Alexandriæ et primicerius notarorium dixit: Adhuc in initio reuerentissimo Nestorio ordinato episcopo in sancta Constantinopolitanorum ecclesia et quibusdam non multis discurrentibus diebus, prolatae sunt de Constantinopolim a 25 quibusdam expositiones eius, quæ turbabant legentes, ut multa ex hac causa || sanctis || ecclesiis fieret perturbatio. hoc ediscens reuerentissimus episcopus Alexandriæ Cyrillus scripsit primam et secundam epistulam ad reuerentiam eius, suasionis et ammonitionis plenas. ad has rescripsit rennuens et aduersatus destinatis super his epistulis. adhuc || super ista || ediscens idem reuerentissimus episcopus Cyrillus 30 quia et Romæ destinatae sunt ab eo epistolæ et codices expositionum eius, scripsit et ipse ad reuerentissimum episcopum Romæ Cælestinum per Posidonium diaconum, demandans ei quia si inuenti fuerint redditus ei codices expositionum eius et epistolæ, redde et meas epistulas; || si uero || non, affer eas huc non redditas. iste inueniens expositiones et epistulas || eius || redditas, necessario et ipse reddidit et scripta sunt 35 quæ competunt, a sanctissimo et reuerentissimo Romanorum ecclesiæ episcopo Cælestino formam certam continentia. quoniam igitur ex imperiali et religioso nutu sancta uestra celebratur synodus hic, rursus edocemus necessario quoniam de his chartas præ manibus habemus ad id quod placuerit uestre reuerentiæ.
- 3 Iuuenalis episcopus Hierosolimorum dixit: Legatur || deo amabile piissimorum || 40

C [= um], T [= piq]
 134 arcae C 138 corruptela Græca pro Δαπνέων 138 eusebio nicopoleos uq euse-
 bioni lapoleos m 139 heracliae T 140 chrysaorio C 141 herinopoleos iq herimo-
 poleos p 142 sabino C 144 abneiu C 147 tacuæ C 149 heracleo pq hercleo i
 chyneos p clyneos q dyneos i 150 eliarchiæ p heliarchie iq 152 theone absinchi C 25 con-
 stantinopoli T 26 sanctis om. T 30 super ista om. T 31 romæ C [= US] roma T
 romam iq 33 qua p 34 si uero C [= US] siue T affert C 35 ei vT [= US] 38/39 de
 his C [= US] de has p et has iq 40 deo amabile om. T [= US] relegiosissimorum T [= US]

et amatorum Christi nostrorum imperatorum scriptum ad singulos metropolitanorum destinatum et præfulgeat nunc celebrandis gestis.

- 4 Quod prolatum per || reuerentissimum || Petrum presbyterum Alexandriae lectum est ita

Imp̄p̄ Cæsares Theodosius et Valentinianus uictores triumphatores maximi 5
semper || colendi || augusti Cyrillo || episcopo ||. Pendet || in || dei || cultura || nostræ
|| conuersationis || status, et reliqua quæ præfulgent.

- 5 Firmus episcopus Cæsariæ Cappadociæ dixit: Hoc nobis testimonium exhibeatur a || deo amicissimo || et sanctissimo episcopo ciuitatis Ephesi Memnone
quantus numerus dierum præterit post aduentum nostrum. 10

- 6 Memnon episcopus || ciuitatis || Ephesi dixit: A definita || determinatione || pii et deo amabilis rescripti transierunt dies sedecim.

- 7 Cyrillus episcopus Alexandriae dixit: Sufficenter sancta et magna synodus sustinuit expectans aduentum eorum qui uenire expectabantur reuerentissimorum episcoporum. quoniam uero multi episcoporum alii quidem in ægritudinem inciderunt, defuncti sunt autem et || nonnulli ||, et consequens est || iam || hoc quod competit decretis, agi, et quæ de fide sunt, comprehendere ad utilitatem totius ecclesiæ quæ sub cælo est, unde legantur in ordinem quæ ad causam conueniunt chartæ, præcipue quia || et || secundum decretum piissimorum et amatorum Christi imperatorum lectum est huic synodo per magnificum et gloriosum comitem deuotissimorum 20 domesticorum Candidianum, quod præcipit quæ fidei sunt, inquiri et disponi sine aliqua dilatione.

- 8 Theodotus episcopus Ancyrae dixit: Chartarum quidem lectio erit secundum oportunitatem tempus; nunc autem consequens est || his || quæ geruntur, simul || adesse || et deo amabilem episcopum Nestorium, ut ea quæ de pietate sunt, stent ex communi 25 sententia atque consensu.

- 9 Hermogenes episcopus Rinocororum dixit: Destinatus sum hesterno die a uestra reuerentia commemorare reuerentissimum Nestorium quia debet consedere in synodo, et non ignorauit diem huius sanctæ synodi et dixit: interea uideo, et si oportuerit me uenire, uenio. 30

- 10 Athanasius episcopus Parali dixit: || Missi sumus || a uestra reuerentia hesterno die || ad commemorandum || reuerentissimum Nestorium consedere in || hac || sancta synodo, aduenimus uero ad eum commemorantes eum de hoc. ille autem || affirmabat || dicens quia uideo, et si || oportuerit me || uenire, uenio.

- 11 Petrus episcopus Pambolorum dixit: Hesterno die destinati sumus a uestra 35 || religioſitate || ad reuerentissimum episcopum Nestorium commonere eum quia in hac die consessura est synodus, et respondit dicens quia uideo, et si || oportuerit me ||

C [= *um*], T [= *piq*]

3 religiosum T [= US] 5 et cesares *p* 6 colendi *om.* T [= US] episcopo *om.* T
ad T culturam [nutum *q*] *mT* 6/7 nostræ — præfulgent] etcæ. *q* 6 uestræ *piC*, cf. p. 49, 22
7 uitæ *pi* quæ præfulgent *om.* *i* quæ *om.* *mp* 8 caesareae *Ciq* 9 reuerentissimo T [= US] ephesiæ C 11 ciuitatis *om.* T [= US] dilatione T 12 rescripta C 16 alii T [= US] iam *om.* T [= US] 19 et *om.* T secundum
sanctum *q* factum *i* 21 præcepit *Ci* 24 in his T [= US] esse T [= US] 28 commonere *iq* [= US] 31 missus sum T 32 quatenus commemorarem [commonerem *iq*] T hac *om.* T [= US] 33 commonentes *iq* [= US] 33/34 adfirmavit T [= US]
34 me oportuerit T 35 pambolorum C 36 reuerentia T [= US] 37 respondet *p*
me oportuerit T

uenire, uenio. commoniti sunt autem et qui ibidem erant reuerentissimi et dei || optimi cultores || episcopi existentes || plus minus || sex aut septem, et dixerunt et ipsi: uidemus, et si probauerimus, crastino ueniemus.

12 Paulus episcopus Lampæ dixit: Sancta uestra et beata synodo præcipiente ire nos ad reuerentissimum Nestorium et commonere eum ut || hodierna || die adueniret 5 || ad || sanctam uestram et beatam synodum, || adueniens || et ego cum aliis sanctis patribus qui iam deposuerunt, commonui eum quatenus in hodiernum diem adueniret in sancta uestra synodo et || consederet. ille || uero dixit: si probauero, ait, tunc uenio. non solum uero ipsum ammonuimus, sed et alios qui inuenti sunt cum eo, reuerentissi- 10 mos episcopos existentes, erant autem cum eo plus minus sex uel septem episcopi.

13 Flauianus episcopus Philippensium dixit: Transientes aliqui reuerentissimorum episcoporum commoneant et || nunc || aduenire eum et consedere in sancta synodo.

14 Et destinati sunt a sancta synodo Theodolus episcopus Eleusæ Palæstinæ, || Andirius || episcopus Chersonisi Cretæ, Theopemptus episcopus Cabasorum Ægypti et Epafroditus lector et notarius reuerentissimi episcopi Hellanici Rodiorum ciuitatis, 15 portantes anagnosticum sanctæ synodi ad ipsum reuerentissimum episcopum Nestorium continens ita:

15 Oportebat quidem ammonitam uestram || religiositatem || hesterno || die per reuerentissimos et || dei optimos cultores || episcopos ut || conueniret || ad sanctam synodum quæ in hodierno die celebratur in sancta et catholica ecclesia, [et] non deesse 20 ab ea. quoniam autem congregatæ sanctæ synodo deest tua sanctitas, necessario iterum per Theopemptum et || Andirium et Theodolum || reuerentissimos et uenerabiles episcopos et Epafroditum lectorem et notarium ciuitatis Rodi rogamus te conuenire et non deesse his quæ geruntur, cum præcipue || piissimi || imperatores præceperint omnia prætermittentes nos || firmitatem circa fidem || facere. 25

16 Et cum || redissent ||, Petrus presbyter Alexandriæ et primicerius notariorum dixit: Quoniam aduenerunt qui destinati sunt a sancta synodo reuerentissimi et || deo amicissimi || episcopi, postulamus eos deponere quale responsum acceperint.

17 Theopemptus episcopus Cabasorum dixit: Destinati ab hac sancta et magna synodo ad reuerentissimum Nestorium, uenimus in eius domum et uidentes multitu- 30 dinem militum cum fustibus petiuimus nuntiari. isti autem prohibuerunt nos dicentes: secretum habet et || deambulat ||, et iussi sumus nemini concedere ingredi et colloqui ei. nobis autem dicentibus impossibile esse nos desistere, nisi accipiamus responsum, transmisit enim ad eum sancta synodus anagnosticum legendum, suppli-

| | | | | |
|---|---|--|--|----------------------|
| <i>C</i> [= <i>um</i>], <i>T</i> [= <i>piq</i>] | | | | |
| 2 amatores <i>T</i> [= <i>US</i>] | exsistens <i>p</i> | minus plus <i>T</i> [= <i>US</i>] | 4 lapte <i>C</i> | |
| 5 in hodierna <i>T</i> | 6 in <i>T</i> | et adueniens <i>p</i> [= <i>US</i>] | 8 consideret <i>m</i> consideraret <i>pq</i> | |
| condesideraret <i>i</i> | qui <i>T</i> [= <i>US</i>] | 11 transentes <i>m</i> transeutes <i>vi</i> | 12 rursus <i>T</i> | |
| [= <i>US</i>] | 13 eleusiæ <i>T</i> celeusæ <i>v</i> cæleuse <i>m</i> [eleusæ <i>US</i>] | 14 anderius <i>T</i> [= <i>US</i>] | | |
| cheronisi <i>T</i> cersonici <i>C</i> | 16 agnosticum <i>C</i> | 17 ista <i>C</i> | 18 tuam <i>iq</i> | reuerentiam <i>T</i> |
| [= <i>US</i>] | hesterna <i>T</i> [= <i>US</i>] | 19 et sanctissimos <i>p</i> [= <i>US</i>] <i>om. iq</i> | | ut <i>om. v</i> |
| conueniat <i>p</i> [= <i>US</i>] conueniret <i>iq</i> conuenire <i>C</i> | 20 et ^a <i>om. mp</i> | 22 theodolum [theo- | | |
| dorum <i>iq</i>] et andream <i>T</i> | 22/23 et ^a — episcopos <i>om. C</i> | 24 .piissimi et dei amatores <i>T</i> | | |
| [= <i>US</i>] | præciperent <i>p</i> | 25 firmationem fidei <i>T</i> [= <i>US</i>] | 26 resedissent <i>T</i> | |
| 27/28 ep̄i et deo amicissimi <i>v</i> uenerabiles <i>T</i> [= <i>US</i>] | 28 acciperent <i>p</i> | 29 abasorum <i>p</i> | | |
| 29/30 magna synodo et sc̄a <i>v</i> | 32 decenter <i>p</i> | requiescit <i>T</i> | iussimus <i>p</i> | 33 quia |
| impossibile <i>C</i> | 34 agnosticum <i>C</i> | | | |

cum simul cum eis conuolare, exeuntes clerici eius similia militibus nobis responderunt. cum autem inisteremus responsum querentes accipere, exiens deuotissimus tribunus Florentius, qui cum Candidiano simul est magnificentissimo et gloriosissimo comite deuotissimorum domesticorum, preparauit nos manere, || quippe ut || responsum nobis allatus, et expectauimus. postea exiens cum clericis eius dixit ad nos: ego quidem || uidere eum non || potui, mandauit uero mihi ut dicam || religiositati || uestræ quia postquam conueniunt omnes episcopi, conuenimus ad inuicem. nos uero contestati et ipsam et omnes praesentes milites et clericos eius recessimus.

18 || Theodolus || episcopus || Eburnæ || dixit: Et ego eadem audiui et || eadem || depono.

19 || Andrinus || episcopus || Chersonisi || Cretæ dixit: Et ego secundum definitionem sancte nostræ et beate synodi adueniens ibi || hæc eadem || dixi et audiui que tunc praetermissa sunt deponimus qui mecum fuerunt reuerentissimi episcopi.

20 Plantanus episcopus Philippensium dixit: Quoniam nihil conuenit praetermittere pertinentium ad consequentiam ecclesiasticam, cum certum existat quoniam heri et hodie secundo ammonitus reuerentissimus Nestorius non occurrit, et tertio iterum anagnostico ammonetur, traiectionibus uidelicet Anysio episcopo Thebarum Helladis et Donno episcopo eiusdem Helladis et Iohanne episcopo Ephesti Augustamnicae et Danihele episcopo || Darnæ || Libyæ || deoamantissimis || coministris nostris et tertio commonentibus eum.

21 Et ierunt cum Anysio lectore et notario Firmi episcopi Cappadociae portantes anagnosticum continens ita:

Tertia hac euocatione reuerentiam tuam conuocat sanctissima synodus, et obediens regule et inperitens tibi indutias et patientiam. dignare ergo uel nunc occurrens satisfacere de his quæ dicunt te dixisse hæreticis dogmatibus in communi ecclesia, sciens quia si non occurrens satisfeceris ad ea quæ scripto uel sine scripto contra te dicuntur, necesse habebit sanctissima synodus quæ placent sanctissimorum patrum regulis, in te definire.

22 Quibus reuersis Petrus presbyter Alexandriae et primicerius notariorum dixit: Quoniam et nunc reuersi sunt qui destinati fuerant reuerentissimi episcopi, petimus et ipsos deponere quale responsum impetrauerint.

23 Iohannes episcopus Ephesti dixit: Destinati a sancta hac et dei amatrice synodo, quatenus per anagnosticum || tertium || commoneremus reuerentissimum Nestorium || uel nunc || concurrere ad sanctam synodum, ut praesente || religiositate || eius || sermones de fide || discuterentur, consequenter praecipis nobis a uestra reuerentia aduenimus ad eius diuersorium et ante ianuas || eius || constituti inuenimus multitudinem militum cum fustibus stantium ante ipsas || eius || ianuas. petiuimus eos ut praeciperent nobis ad ianuas aduenire domus in || qua || erat ipse reuerentissimus Nestorius, uel ipsos <nos> nuntiare destinatos a sancta synodo cum anagnostico tertio, quod

C [= *vm*]. T [= *piq*]

| | | | |
|---------------------------|--|--------------------------|--|
| 1 et exeuntes C | 4 utique T | 5 allaturus nobis C | 6 nec uidere eum T [= US] |
| reuerentiae T [= US] | 7 conueniemus <i>iqv</i> ^{corr} | 9 theodorus T | eleusiae T [= <i>eleusæ</i> US] |
| eum <i>p</i> ea <i>iq</i> | 10 anderius T [= US] | chersonensis T [= U] | creta <i>p</i> |
| om. T | 18 dardaniæ T | reuerentissimis T [= US] | 20 et ¹ om. <i>iqv</i> |
| 24 heretica dogmata C | 25 scripto uel om. C | 29 destituti C | 31 ephesi <i>p</i> |
| hæc <i>p</i> om. C | 32 tercio T | 33 uel nunc om. T [= US] | sanctitate T [= US] |
| fidei T [= US] | 35 eius om. T [= US] | 36 eius om. T [= US] | petimus <i>m</i> petiuimus- |
| que <i>v</i> | 37 nobis eos <i>v</i> | quibus T | 38 ipsos nos US ipsos <i>iq</i> ipso <i>p</i> ipso C ipsi <i>v</i> ^{corr} |

mitius eum et cum omni lenitate uocaret ad sanctam synodum. et multum com-
morati sumus, neque iuxta umbram stare permissi a militibus repellentibus || atrociter ||
et remouentibus nos a locis et nullum nobis humanum responsum præbentibus.
cum uero diu permansissemus petentes et dicentes quia quattuor sumus numero
episcopi, non iniuriæ causa destinati nec iniuriosum quiddam agere quod non competit, 5
sed ut cum consequentia et nunc ammoneremus ad sanctam hanc ecclesiam aduenire
et consedere huic sanctæ synodo, postea milites reppulerunt nos dicentes nullum aliud
responsum nos accipere, licet usque ad uesperam expectaremus ante ianuas domus.
adiecerunt || uero || et hoc dicentes propter hoc stare ante ianuas, ut non permittant
alicui de synodo ingredi, ipsa accipientes ab eo mandata. 10

24 Anysius episcopus Thebarum dixit: Quæ deposuit sanctissimus frater et com-
minister Iohannes, uera sunt. plurimum enim stantibus nobis ante ianuas || re-
ligiosissimi et || reuerentissimi Nestorii, hæc uidimus et audiuius.

25 Domnus episcopus || Opunti || Helladis dixit: Quæ deposuerunt sanctissimi et
reuerentissimi fratres et comministri || nostri || Iohannes et Anysius, hæc et ego uidi 15
et || audiui ||.

26 Danihel episcopus Darneos || dixit ||: Quæ deposuerunt || optimi || dei cultores
episcopi, hæc audiui et || fateor et || uera sunt.

27 Iuuenalis episcopus Hierosolimorum dixit: Ecclesiasticis legibus contentos esse
iubentibus tertia euocatione ad satisfactionem uocatos de quibus accusantur, parati 20
eramus ex superfluo et || quarto anagnostico || per reuerentissimos episcopos iterum
euocare eundem reuerentissimum Nestorium; quoniam uero || cuneum || militum
circumponens suæ domui, sicut qui ibi missi sunt reuerentissimi episcopi deposuerunt,
non concessit accedere, || manifestus || est non bona conscientia ad sanctam synodum
aduentum recusans. unde agantur reliqua secundum regularum ordinem et quanta 25
conueniunt ad statum rectæ nostræ et piæ fidei, legatur autem in primis exposita fides
a || sanctissimis || patribus et episcopis qui Nicæa conuenerunt CCCXVIII, quatenus huic
expositioni collatis de fide sermonibus consonantes quidem confirmentur, discrepantes
autem eiciantur.

Et lectum est symbolum ita

30

Eccles. 28 Nicæna synodus fidem exposuit hanc: Credimus in unum deum patrem omni-
Occ. mon. potentem, || factorem || uisibilium omnium et inuisibilium. et in unum dominum
iuris anti- Iesum Christum, filium || dei ||, natum ex patre || unigenitum, id est ex substantia
quiss. ed. patris, deum ex deo, lumen de lumine ||, deum uerum de deo uero, natum, non factum,
Turner 1, consubstantiali patri, per quem omnia facta sunt || quæ in cælo et quæ in terra ||; 35
300 qui propter nos homines et salutem nostram descendit et || incarnatus est || et

C [= um], T [= piq]

2 nos atrociter *pq* [= *US*], atrociter — 3 remouentibus *om. i* 4 numero sumus *C*
5 quidam *pi* 6 cum *om. C* consequenter *v* eum ad *v* 7 considerare *C, corr. v* 8 eius
domus *m* 9 uero *om. T* 10 ipsi *C* 11 disposuit *C* 12/13 religiosissimi et *om. T* [= *US*]
14 oponti *p* [= *US*] opontis *q* oppontis *i* 15 nostri *om. T* [= *US*] 16 post audiui habent
iohannis *ēps* augustopoleos dixit: quæ deposuerunt reuerentissimi *ēpi* hæc audiui et depono *T, cf. US*
17 darneos *US* dardaneos *C* dardani *T* dixit *om. T* optimi *om. T* 18 fateor et *om. T*
[= *US*] 20 tertiæ uocationem *m* tertia uocatione *v* 21 per quartum anagnosticum *T* [= *US*]
22 collegium *T* [= *US*] 24 manifestum *T* 25 regularem *C* [= *US*] 26 et *om. C* 27 sanctis *T*
[= *US*] 28 consonanter *p* 30 est *om. C* 31 fidem synodus *m* 32 factorem cæli et terræ *T*
33 dei unigenitum *T* 33/34 unigenitum — lumine] ante omnia sæcula *T* 35 quæ in cælo — terra
om. T 36 nostram salutem *iq* [= *US*] incarnatus est de *spu scō* et [ex *iq*] maria uirgine *T*

|| inhumanatus || est et passus et resurrexit tertia die, ascendit in cælos, uenturus iudicare uiuos et mortuos. et in spiritum sanctum. dicentes autem 'erat quando non erat'; et 'prius quam nasceretur, non erat', et quia || ex || non extantibus factus est uel ex altera subsistentia uel substantia dicentes esse aut || uertibilem aut || mutabilem filium dei, hos anathematizat catholica et apostolica ecclesia.

5

- 29 Quo lecto Petrus presbyter Alexandriae et primicerius notariorum dixit: Habemus præ manibus sanctissimi et || dei optimi cultoris || Cyrilli archiepiscopi epistolam scriptam ad reuerentissimum Nestorium suasionis et ammonitionis plenam utpote non recte sapiente eo, quam si iusserit uestra sanctitas, || legamus. ||
- 30 Acacius episcopus Melitinæ dixit: Quoniam || reuerentissimus et || religio- 10
sissimus presbyter Petrus, qui principium narrationis fecit, dixit scripta esse quædam a reuerentissimo et sanctissimo episcopo Cyrillo ad reuerentissimum Nestorium utpote non recta doctrina utentem, consequens est et hæc legi.
- 31 Et lecta || et posita est || in præcedentibus ||, cuius ita principium continet: Obloquuntur quidem, ut disco, quidam de mea opinione apud tuam religiositatem, 15
et reliqua ||.
- 32 Cyrillus episcopus Alexandriae dixit: Audiuit sancta et magna hæc synodus quæ scripsi reuerentissimo || episcopo || Nestorio asserens pro recta fide. certus autem sum quia nullo modo egressus || deprehendor || a recta fidei ratione aut præter-
gressus expositum a sancta et magna synodo quæ tunc temporibus in Nicaenorum 20
congregata est, symbolum, et peto uestram sanctitatem dicere utrum recte et inre-
prehensibiliter et consone sanctæ illi synodo talia scripserim an non.
- 33 Iuuenalis episcopus Hierosolimorum dixit: Perlecta sancta fide Nicæna et epistula sanctissimi et || sacratissimi || episcopi Cyrilli, idem et quæ a sancta synodo
exposita sunt, consona || inuenta sunt ||, et his piis dogmatibus concordo et consentio. 25
- 34 Firmus episcopus Cæsariæ Cappadociæ dixit: || Quæ || compendiose et in capitulo
|| dicta || sunt a sancta synodo quæ || in || Nicæa est, exponens tua reuerentia subtiliter
et consequenter manifestiorem nobis et liquidiorem comprehensionem expositæ fidei
fecit, ut nihil sit in dictis ambiguum, omnibus inuicem sibi consonantibus et fide
firmata. his igitur integre habentibus et inconuertibiliter et nullam innouationem 30
inferentibus et ego consentio, eandem gloriam a sanctissimis episcopis meis patribus
suscipiens.
- 35 Memnon episcopus Ephesi metropoleos dixit: Fidei expositæ a sanctis patribus
CCCXVIII Nicæa congregatis consona et epistula quæ lecta est sanctissimi et || deo-
amantissimi || patris Cyrilli || episcopi || continet, quibus consentimus et concordamus, 35
nihil minus inuenientes neque dissonans.
- 36 || Theodotus || episcopus Ancyrae dixit: Mirabilem existentem et || piissimam ||
et rectam expositionem sanctæ fidei quæ facta est a sanctis patribus CCCXVIII Nicæae

C [= *vm*], *T* [= *piq*]

1 humanatus *Tm* [= *US*] est *om.* *iq* inde uenturus *iq* 2 uero *iq* 3 de *T*
4 conuertibilem *T* [= *US*] uel *T* 7 reuerentissimi *T* [= *US*] 9 recta *p* legam *T*
[= *US*] 10 episcopus *om.* *C* reuerentissimus et *om.* *T* 12 et scississimo et scississimo
epō *m* epō et scississimo *v* 14 est [est ep̄la *iq*] et posita *T* cuius — reliqua] et postquam lecta
est epistula *T* 18 episcopo *om.* *T* [= *US*] 19 capior *T* fide *C* 19/20 p̄ter
egressus *p* 20 nicæorum *p* niceorum [nicænorum *q*] urbe *iq* 24 reuerentissimi *T* [= *US*]
idem *Tm* id est *v* *om.* *US* 25 inueniuntur *T* [= *US*] 26 firminus *C* quæ *om.* *T*
[= *US*] 27 quæ dicta *T* in *om.* *T* nicee *iq* 30 inuocationem *pi* 34/35 reueren-
tissimi *T* [= *US*] 35 episcopi *om.* *T* [= *US*] 37 theodorus *T* piam *T* [= *US*]

congregatis, demonstrauit manifestius et || clarius || epistula || deocolentissimi || et sanctissimi || patris || episcopi Cyrilli, in nullo dissonans ad expositionem fidei illius; quæ uero compendiosius dicta sunt, latius exposuit. unde || consonantiam || cognoscentes epistolæ || atque || fidei trecentorum decem et octo || sanctorum || patrum, concordamus et consentimus sicut illis, sic et patri nostro, qui per epistolam quæ illorum sunt, nota 5 fecit, et hæc credimus quæ et ipsi exposuerunt et epistula memorati sanctissimi Cyrilli || aperte || exposuit.

- 87 Flauianus episcopus Philippensium dixit: Lecta nobis fide quæ Nicæa exposita est a congregatis in illa ciuitate sanctis patribus trecentis decem et || octo ||, lecta etiam epistula sanctissimi patris et episcopi Cyrilli quæ scripta est ad reuerentissimum 10 Nestorium de fide, repperimus eam conuenientem apertius et manifestius Nicæa expositæ fidei et multam lucem præbentem ad comprehensionem intelligentiæ dictorum. unde consentio et ego epistolæ scriptæ a sanctissimo et || deo amicissimo patre et com- ministratore || Cyrillo nullo modo dissentienti a recta fide, || sed || consonanti apostolicæ prædicationi et expositæ Nicæa a sanctis patribus orthodoxorum fidei. consentire 15 uero his adfirmo et sanctissimum patrem nostrum Rufum Thessalonicensium metro- poleos. hæc enim mihi aduenienti in hanc sanctam et magnam synodum dedit mandata, propter ægritudinem ipse excusans hic aduentum suum. et omnes autem || credo || Illyrici eadem || mihi || sapere et in nullo ambigere de his quæ lecta sunt.
- 88 Acacius episcopus Melitinæ dixit: Omni pietate et consonantia ad patres tre- 20 centos decem et octo qui Nicæa fuerunt, plenam epistolam || sanctissimi et dei optimi cultoris || episcopi Cyrilli uidens, || approbo || huius intellectum et || hæc || sapere confiteor. olim et a principio ecclesiam || has habere sententias || et ex laboribus || sanctorum || patrum et ex || sanctis || scripturis et ex traditione fidei noui.
- 89 Iconius episcopus Gortynæ || metropolis || dixit: Fide et expositione sanctissi- 25 morum patrum in Nicæa conuenientium lecta || et || epistula sanctissimi patris et episcopi Cyrilli, cognoscens concordem existere illis hanc expositionem, concordo et consentio, similiter sicut illi credens in nomine patris et filii et spiritus sancti, eos autem qui non ita sapiunt, abicere || noui || sanctum concilium.
- 40 Hellanicus episcopus Rodi || metropolis || dixit: Expositionem orthodoxæ fidei 30 || in Nicæa || sequor et || epistolæ || sanctissimi et || deoamantissimi || episcopi Cyrilli || consonæ || existenti ||, et hanc seruo fidem ueram et rectam, et his qui huic contraria sapiunt, etiam deus ipse resistit, et anathema sit qui non credit dei genetricem esse sanctam uirginem Mariam.
- 41 Palladius episcopus Amasiæ dixit: Lecta epistula || deoamantissimi || patris 35 nostri et episcopi Cyrilli concordans per omnia est expositæ fidei a sanctis patribus

C [= *um*], *T* [= *piq*]

| | | | |
|--|--|-------------------------------|--|
| 1 clari <i>C</i> certius <i>T</i> [= <i>US</i>] | reuerentissimi <i>T</i> [= <i>US</i>] | 2 patris <i>om.</i> <i>T</i> | ab exposi- |
| tione <i>iq</i> [= <i>US</i>] | 3 consonantia <i>p</i> [= <i>US</i>] | 4 et <i>T</i> [= <i>US</i>] | sanctorum <i>om.</i> <i>T</i> |
| <i>Cp</i> , corr. <i>vp</i> | 7 apertissime <i>T</i> | 8 fides <i>p</i> | 9 octo epis <i>T</i> |
| 14 dissentiente <i>Cp</i> | et <i>T</i> | consonante <i>Cp</i> | 15 prædicatione <i>v</i> p̄dicationis <i>m</i> |
| orthodoxorum <i>p</i> orthodoxæ <i>iq</i> | 16 rufum <i>iq</i> rufinum <i>p om.</i> <i>C</i> | 17 in <i>om.</i> <i>C</i> | 18 et <i>om.</i> <i>iq</i> |
| 19 suadeo <i>T</i> | mihi <i>om.</i> <i>T</i> | de <i>om.</i> <i>C</i> | 21 qui in <i>v</i> |
| [= <i>US</i>] | 22 suscipio <i>T</i> [= <i>US</i>] | eadem <i>T</i> [= <i>US</i>] | 21/22 reuerentissimi et sanctissimi <i>T</i> |
| sapere <i>T</i> | 24 sanctissimorum <i>T</i> | sanctissimis <i>T</i> | noue fidei <i>C</i> |
| metropolis <i>om.</i> <i>T</i> [= <i>US</i>] | fidei <i>C</i> | 26 etiam <i>T</i> | et ³ <i>om.</i> <i>C</i> |
| 29 nouit <i>T</i> | 30 metropolis <i>om.</i> <i>T</i> [= <i>US</i>] | 31 nicænæ <i>T</i> | epistolam <i>T</i> [= <i>US</i>] |
| deo amabilis <i>T</i> | episcopi <i>om.</i> <i>C</i> | 32 concordem <i>T</i> | exsistentem <i>T</i> [= <i>US</i>] |
| amabilis et sc̄issimi <i>T</i> [cf. <i>US</i>] | 36 et <i>om.</i> <i>C</i> | | 35 deo |

congregatis in Nicæa. recte igitur eam habentem et, quod dixi, expositioni sanctorum patrum congruam amplector || atque || consentio ei et similiter sapio ipsi et sanctis patribus qui, sicut dixi, in Nicæa ciuitate collecti sunt.

42 Cyrus episcopus Afrosiadiis regionis Cariæ dixit: Concordem eiusdemque uirtutis || expositæ || fidei a sanctis patribus congregatis in Nicæa ciuitate et ego epistolam uidens sanctissimi et deo || amicissimi || episcopi Cyrilli scriptam reuerentissimo Nestorio, eadem quæ præcedentes patres depono.

43 Et omnes || uero || qui supra scripti sunt in principio actionis || per ordinem || episcopi hæc eadem deposuerunt et ita credunt sicut et patres exposuerunt et epistula sanctissimi archiepiscopi Cyrilli ad Nestorium episcopum declarauit. 10

SIMILITER EIVSDEM DE QVATERNIONE XVI

- 101 VIII Vt in nomine Iesu, ait, omne genu flectatur cælestium, terrestrium et infernorum et omnis lingua confiteatur quia dominus Iesus Christus. propter indutum || illum quem induit ||, ueneror, propter || illum || occultum adoro || hunc || uisibilem. indiuisibilis a uisibili deus: propter hoc || inseparati || honorem non || separo. separo || naturas, sed unio adorationem. 10 Loofs, Nestoriana p. 261, 20-262, 6 Phil. 2, 10. 11 15

SIMILITER EIVSDEM DE QVATERNIONE XVII IN DOGMA

- 102 VIII Erat quidem deus uerbum et ante humanationem || et || filius et deus et coexistens patri, adsumpsit autem in ultimis temporibus serui formam. sed cum existeret ante hoc filius et uocaretur, post assumptionem non potest uocari separatus filius, uti ne duos filios dogmatizemus; sed quoniam illi coniunctus est in principio existenti filio, qui || ad ipsum coniunctus || est, non potest secundum dignitatem filiationis diuisionem suscipere, secundum dignitatem dixi filiationis, non secundum naturas. propter hoc et Christus deus uerbum nominatur, quoniam quidem habet coniunctionem ad Christum continuum. 20 Loofs, Nestoriana p. 275, 1-11

SIMILITER EIVSDEM DE QVATERNIONE XV || IN DOGMATE ||

- 103 X Inconfusam igitur naturarum || custodiamus || coniunctionem, || confiteamur || in homine deum, || colamus diuina coniunctione || omnipotenti deo coadorandum || hominem ||. 25 Loofs, Nestoriana p. 249, 1-4

SIMILITER EIVSDEM DE QVATERNIONE VI

- 104 XI Considera et quod his statim copulatur: ut misericors, ait, fiat et fidelis pontifex ad deum. in quo enim passus est ipse temptatus, potest temptatis subuenire. ergo qui passus est, pontifex misericors est; passibile uero templum, non uiuificator passi deus. 29 Loofs, Nestoriana p. 234, 10-16 Hebr. 2, 17. 18

$C [= vm]$, $T [= pig]$

1 $\overline{dñm}$ et $\overline{xpm}$ C et filium et m [= US] filiumque et v et filium T 4 sapite iq [= US] sapiente p 7 $\overline{xps}$ p [= US] $\overline{xpm}$ iqC 7/8 appellatione significatiua iq 13 illum — induit] indumentum T [= US] illum $om.$ T [= US] 14 hunc $om.$ T [= US] a uisibilis m ac uisibilis v indiuisi T [= US] 15 diuido diuido T [= US] 16 in dogma p in dogmata v $om.$ miq 17 et $om.$ T [= US] 18 temporibus $om.$ p 20 uti $om.$ iq [= US] 21 ad — coniunctus] sibi iunctus [iniunctus q] T 25 in dogmate $om.$ T 26 custodimus T [= US] confitemur T [= US] 27 hominem C ueneramur T [= US] diuinam [$om.$ q] coniunctionem T coadorandam iq 28 hominem $om.$ T 29 xvi iq

SIMILITER EIVSDEM DE QVATERNIONE XXVII

105 XII Vt discatis, ait, quod ualde quædam deitatis existebat coniunctio, et in pueritia
Loofs, Nesto- conspecta dominica carne. erat enim || ibi || et puer et pueri dominus. laudastis
riana p. 292, uocem, sed nec || ipsi indiscusse || plaudite. dixi enim quod ipse erat puer et pueri
1-6 habitator.

5

SIMILITER EIVSDEM DE QVATERNIONE I

106 XIII Communes enim sunt trinitatis operationes et in solis subsistentiis diuisionem
Loofs, Nesto- habentes. unigeniti ergo gloria aliquando || quidem || patri adhibetur (est enim
riana p. 225, ait, pater qui glorificat me), aliquando || uero || spiritui (spiritus enim ait,
13-18 Ioh. 8, 54 ueritatis me glorificabit), aliquando Christi potentiæ.

10

SIMILITER EIVSDEM DE QVATERNIONE XVI

107 XIII De Iesu dicens: Iste qui dicit: deus meus, deus meus, quare me dere-
Loofs, Nesto- liquisti? iste qui triduanam mortem sustinuit; adoro autem cum deitate hunc ut
riana p. 260, 4-7 diuinæ cooperatorem auctoritatis.
supra VIII
Mt. 27, 46

108 XV Et post alia. Propter || eum qui induit, illum quem induit, colo ||, propter || illum ||
Loofs, Nesto- occultum adoro || hunc || uisibilem. inseparabilis a uisibili deus: propter hoc || inse-
riana p. 262, parati || honorem non || separo. separo || naturas, sed unio adorationem. non per se
3-6. 8-12 deus est quod plasmatum est || in uulua, non per se deus quod creatum est || ex spiritu,
non per se deus || quod sepultum est || in sepulchro (sic etenim essemus || utique
hominicolæ et mortuicolæ manifesti ||), sed quoniam in || illo qui assumptus est || 20
deus, ex || illo || adsumente || ille || assumptus ut assumentis || coniunctus || coappel-
latur deus.

SIMILITER EIVSDEM DE QVATERNIONE || III || CONTRA HÆRETICOS

109 XVI De spiritu dicens: Quomodo enim erit seruus, ait, qui cum filio et patre operatur?
Loofs, Nesto- et si quærit aliquis spiritus actus, inueniet || a || filii et patris in nullo omnino || de- 25
riana p. 226, fectos ||, non quasi quod una diuidatur deitas, || sed || diuina scriptura quæ unius
14-227, 3 uirtutis sunt, et || per unamquamque diuidente || subsistentiam ad demonstrationem
trinitatis || similitudinis ||. et considera mihi simile ex necessariis in operibus
Ioh. 1, 14 || inchoans ||. deus uerbum || factus || est caro et habitauit in nobis.
Ps. 109, 1 consedere fecit sibi assumptam pater humanitatem (ait enim: dixit dominus domino 30
meo, sede a dextris meis), || eius qui assumptus est ||, ueniens spiritus continuit
Ioh. 16, 13. 14 gloriam (quando enim, ait, uenerit spiritus ueritatis, ille me glorificabit).

C [= *um*], T [= *piq*]

| | | |
|---|--|--|
| 1 XXVI C XVII q | 3 ibi C idem T | 4 ipsam indiscussam <i>p</i> ipsa indiscussa <i>iq</i> |
| 6 XXI <i>i om. q</i> | 8 quidem <i>om. T</i> [= <i>US</i>] | 9 uero <i>om. T</i> [= <i>US</i>] |
| 10 glorificauit C | 11 XV <i>iq</i> | 13 De — dicens <i>om. iq</i> |
| 15 eum — induit ² indutum indumentum <i>p</i> [= <i>US</i>] | 15—17 Propter — adorationem <i>om. iq</i> | 16 hunc <i>om. p</i> [= <i>US</i>] |
| 16 hunc <i>om. p</i> [= <i>US</i>] | 16/17 indiuisi <i>p</i> [= <i>US</i>] | 17 diuido diuido <i>p</i> [= <i>US</i>] |
| 17 diuido diuido <i>p</i> [= <i>US</i>] | 18 in uulua — | 19 quod sepultum est <i>om. T</i> |
| 19 quod sepultum est <i>om. T</i> | 19/20 utique — mortuicolæ] hominis | 20 manifeste T |
| 20 manifeste T | 20/21 in — est] in | 21 illo <i>om. T</i> [= <i>US</i>] |
| 21 illo <i>om. T</i> [= <i>US</i>] | 21/22 coappellatus C | 22 inchoantem T [= <i>US</i>] |
| 21/22 coappellatus C | 23 contra hæreticos de eiusdem de [de <i>om. v</i>] quaternione III C | 24 De — dicens <i>om. iq</i> |
| 23 contra hæreticos de eiusdem de [de <i>om. v</i>] quaternione III C | 24 De — dicens <i>om. iq</i> | 25 a <i>om. T</i> |
| 24 De — dicens <i>om. iq</i> | 25 a <i>om. T</i> | 25/26 defectos scripsi defectus C [cf. <i>US</i>] |
| 25 a <i>om. T</i> | 25/26 defectos scripsi defectus C [cf. <i>US</i>] | 26 sed in T |
| 25/26 defectos scripsi defectus C [cf. <i>US</i>] | 26 sed in T | 27 in singulam T [cf. <i>US</i>] |
| 26 sed in T | 27 in singulam T [cf. <i>US</i>] | 28 similis T [= <i>US</i>] |
| 27 in singulam T [cf. <i>US</i>] | 28 similis T [= <i>US</i>] | 29 inchoantem T [= <i>US</i>] |
| 28 similis T [= <i>US</i>] | 29 inchoantem T [= <i>US</i>] | 30 factum T [= <i>US</i>] |
| 29 inchoantem T [= <i>US</i>] | 30 factum T [= <i>US</i>] | 31 eius — est] |
| 30 factum T [= <i>US</i>] | 31 eius — est] | 32 glorificauit C |
| 31 eius — est] | 32 glorificauit C | |

SIMILITER EIVSDEM DE QVATERNIONE VI

- 110 XVII De Christo dicens quia missus est prædicare captiuis remissionem sicut apostolus, Loofs, Nesto-
 || infert et || dicit: Iste fidelis deo factus pontifex (factus || enim iste est ||, non || sempi- riana p. 235,
 terne erat || ante), iste qui paulatim in pontificis, || o tu || hæretice, profecit dignitatem. 6-236, 7
 || et || audi || apertiore || tibi hoc clamante uoce: qui in diebus, ait, carnis suæ Lc. 4, 18. 19
 preces et supplicationes ad || eum ||, qui || posset || eum || de morte sal- 5 Hebr. 5, 7-9
 uare ||, cum clamore ualido et lacrimis offerens et exauditus a reue-
 rentia, cum esset filius, didicit ex quibus passus est, obœdientiam,
 et consummatus factus est obœdientibus sibi omnibus causa salutis
 æternæ. consummatur autem quod paulatim proficit, || o || hæretice, de quo et 10
 || Iohannes || in euangeliiis clamat: et Iesus proficiebat sapientia et ætate et Lc. 2, 52
 gratia. quibus consona et Paulus loquens consummatus, ait, factus est Hebr. 5, 9. 10
 obœdientibus sibi omnibus causa salutis æternæ, appellatus a deo
 pontifex secundum ordinem Melchisedech.
- 111 XVIII Et post alia. Et pontifex uocatus. quid ergo interpretaris contra Paulum, 15 Loofs,
 impassibilem deum uerbum || terreno || commiscens || simili corpori || et passibilem Nestoriana
 pontificem faciens? p. 236, 12-14

SIMILITER EIVSDEM DE QVATERNIONE VII

- 112 XVIII Vnde, fratres || sancti ||, uocationis cælestis participes, considerate Loofs,
 apostolum et pontificem confessionis nostræ Iesum, fidelem existen- 20 Nestoriana
 tem ei qui fecit eum. p. 240, 1-9
 Hebr. 3, 1. 2
- XX Et post alia. Existente igitur uobis hoc solo pontifice compatiante et consan-
 guineo et firmo, nolite a fide quæ in eum est, præuerti. ipse enim nobis promissæ
 benedictionis ex semine Abraham destinatus est, qui pro se et genere corporis sacri-
 ficiū || coattulit ||. 25
- Notandum est quia confessus omnem pontificem eguisse sacrificio et excipiens
 Christum uelut non indigentem, in his ait pro se offerre et genere sacrificium.

SIMILITER EIVSDEM DE QVATERNIONE IIII

- 113 XXI Audite igitur intendentes dictis. qui manducat, inquit, meam carnem. Loofs,
 || mementote quia de carne est quod dicitur, et quia non a me adiectum est carnis hoc 30 Nestoriana
 nomen, ne forte uidear ab illis false interpretatus. qui manducat meam p. 227, 20-228, 3
 carnem || et bibit meum sanguinem. || ne || dixit: qui manducat meam Ioh. 6, 56
 deitatem et bibit meam deitatem? qui manducat meam carnem et bibit
 meum sanguinem, in me manet et ego in eum.

C [= *vm*], *T* [= *piq*]

| | | | |
|--|--|--|---|
| 1 VII <i>i</i> | 2/3 De — dicit <i>om. iq</i> | 3 infert et <i>om. p</i> | est enim iste <i>T</i> [= <i>US</i>] |
| 3/4 consepiternus <i>T</i> [= <i>US</i>] | 4 erat <i>om. T</i> [= <i>US</i>] | o tu <i>om. T</i> [= <i>US</i>] | digni- |
| tatem <i>iq</i> [= <i>US</i>] dignitate <i>pC</i> | 5 et <i>om. T</i> [= <i>US</i>] | apertius <i>T</i> [= <i>US</i>] | 6 deum <i>T</i> |
| potest <i>T</i> [= <i>US</i>] | 6/7 saluare de morte <i>T</i> [= <i>US</i>] | 7 et ² <i>om. v</i> est <i>iq</i> | exauditus |
| est pro sua <i>v</i> | 8 cum <i>p</i> [= <i>US</i>] et cum <i>C</i> et [<i>om. q</i>] quidem cum <i>iq</i> | 9 factus est | |
| <i>om. p</i> | 10 quod et <i>v</i> | profecit <i>p</i> [= <i>U</i>] | o hæretice <i>om. iq</i> hæretice <i>T</i> [= <i>US</i>] |
| 11 lucas <i>T</i> [cf. <i>US</i>] | 15 et ² <i>om. iq</i> [= <i>US</i>] | 16 terreno <i>C</i> [= <i>US</i>] dicit cui <i>T</i> [ΛΕΓΕΙ ΩΙ
pro ΕΤΙΓΕΙΩΙ] | 19 sancti <i>om. T</i> |
| [= <i>US</i>] | 23 qua <i>C</i> | 25 attulit <i>T</i> | 30—32 mementote — carnem <i>om. T</i> |
| quia <i>p</i> | 33 sed qui <i>C</i> | 34 eo <i>iqC</i> | 32 non <i>T</i> |

114 XXII Et post alia. Sed ad propositum. qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet et ego in eum. meministis quia de carne est quod dicitur. sicut misit me uiuens pater, me uisibilem. sed forte aliter interpretor; audiamus de reliquis. sicut misit me uiuens pater. || ille dicit deitatem, ego uero humanitatem: uideamus quis est qui false interpretatur. sicut misit me uiuens pater ||. dicit hæreticus: hic deitatem dicit, misit me, || deum uerbum. sicut misit me || uiuens pater, secundum illos et ego uiuo deus Ioh. 6, 57 uerbum propter patrem. deinde post hoc: et qui manducat me, et ille uiuet. quam manducamus, deitatem an carnem?

SIMILITER EIVSDEM DE QVATERNIONE XVI

10

115 XXIII Et omnino, ait, si omne simul nouum testamentum uersabis, non inuenies alicubi in eo mortem deo applicari, sed aut Christo aut filio aut domino. Christus enim et filius et dominus in unigenito || a scriptura assumptum || naturarum est duarum significatiuum et aliquando || quidem || significat deitatem, aliquando autem humanitatem, aliquando || uero || utraque, quale est cum Paulus scribens prædicat cum inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filii eius, humanitatem clamat filii; cum dicit iterum idem ad Ebræos deus locutus est nobis in filio, per quem et sæcula fecit, deitatem significat filii. nec enim caro creatrix est sæculorum, quæ post sæcula || multa || creata est.

116 XXIII Et iterum post alia. Nec deitas fratrem Iacobum habuit nec dei uerbi annuntiamus mortem, cum dominico corpore et sanguine cibamur.

SIMILITER EIVSDEM DE QVATERNIONE XXIII

117 XXV Intendo, ait, nostros populos religiositatem quidem multam possidentes et feruentissimam pietatem, ex ignorantia autem circa || dei cognitionem de dogmate lubricantes ||. hoc uero non est crimen populorum, sed (quomodo decenter dicam?) eo quod non || habuerint || doctores tempus aliquid de || integrioribus || uobis commendare dogmatibus.

118 || Et postquam lecta sunt ||, Petrus presbyter Alexandriæ et primicerius notariorum dixit: Ecce manifeste in his ait quia ante || ipsum || doctorum nullus hæc || docuit populos || quæ ipse locutus est.

119 Flauianus episcopus Philippensium dixit: Quoniam acerba et blasphema sunt quæ a Nestorio dicta sunt, et non sufferunt aures nostræ amplius pollui, unaquæque pars blasphemix eius inseratur gestis ad accusationem docentis hæc.

28—30 redeunt infra 46, 45

C [= *um*], T [= *piq*]

| | | | |
|---|---|--|---|
| 2 eo <i>iq</i> | 3/4 taliter interpretator <i>m</i> | 4 audiam <i>C</i> | 4—6 ille — pater <i>om. T</i> |
| 7 deum — misit me <i>om. T</i> | 8 et ² <i>om. iq</i> | uiuit <i>p</i> [= <i>US</i>] | 9 quem <i>p</i> [= <i>US</i>] an] |
| hanc <i>C</i> | 13 ut ex scriptura accipimus <i>T</i> | 14 quidem <i>om. T</i> | 15 uero <i>om. T</i> [= <i>US</i>] |
| 19 multa <i>om. T</i> | 20 habuit] ait <i>v</i> | uerbi <i>pqv</i> uerbum <i>mi</i> [= <i>US</i>] | 22 XXIII <i>Cp^{ms} om. iq</i> |
| 23 possidentem <i>p</i> | 24 dei — dogmate] pietatis dogma <i>T</i> | agnitionem <i>v</i> | 24/25 labentes <i>T</i> |
| [= <i>US</i>] | 26 habeant <i>iq</i> habeat <i>p</i> | integris <i>T</i> | 27 post dogmatibus <i>habet</i> finiunt dogmata |
| impii nestorii <i>v</i> | 28 Et — sunt <i>om. T</i> [= <i>US</i>] | Alexandriæ <i>om. p</i> | 29 ipsum <i>om. T</i> |
| 29/30 locutus est populis <i>T</i> [= <i>US</i>] | | | |

120 Petrus presbyter Alexandriae et primicerius notariorum dixit: Reuerentissimus et || religiosissimus || metropolita || episcopus Carthagini Capriolus per Bessulam diaconem scripsit ad sanctam hanc synodum epistolam, quam si iusserit uestra || religiositas ||, legam. || legamus uero interpretationem eius.

Et praecipiente sibi synodo legit ita ||

5

121 || Religiosissimis || et beatissimis et sanctissimis comministris undique ad sanctam synodum conuenientibus Capriolus. Orabam, reuerentissimi fratres, in tali statu uenerabilem uestram synodum celebrari, ut et nos electis communi iudicio fratribus et coepiscopis nostris non recusationem lamentatione dignam, sed instructam lega-

122 tionem magis mitteremus, nisi nostram instantiam causae diuersae impedirent. etenim 10

primum domini et filii nostri piissimi imperatoris Theodosii tales litterae ad manus || nostras || uenerunt quae beatae memoriae fratris nostri et coepiscopi Augustini praesentiam specialiter exigebant, quae praedictae litterae in hac uita inuenire eum nullatenus potuerunt. unde ego, qui ipsam imperialem notitiam, licet praedicto destinata

uideretur, accepi missam, ex omnibus prouinciis Africae || et || competentibus litteris 15 et solitis colloquiis synodum uolui congregare, ut electi e numero fratrum et || coepiscoporum || nostrorum ad adorabilem synodum uestrae beatitudinis destinarentur. sed quoniam non est apertus accessus uiae (etenim infusa inimicorum multitudo et uastatio

lata prouinciarum, quae aut extinctis habitatoribus aut || fugatis || miserandam exterminationis faciem in longitudinem et latitudinem || extendens || facultatem consum- 20 mauit ueniendi), his igitur impedimentis conuenire ad unum qui circum Africam sunt

123 episcopi nullatenus potuerunt. quibus additur quoniam imperiales in diebus paschae ad nos uenerunt litterae, quando uix usque ad uenerabilem || totam synodum || d. 19. m. Apr duorum mensuum spatium restabat, || qui || uix sufficebant || uel || ipsi Africanae synodo a. 431 || ut || in unum || conueniret ||, etsi nulla difficultas ab hostibus praesens accideret. 25

hinc factum est, licet legatos nullo modo destinare || possemus ||, propter reuerentiam tamen debitam || ecclesiasticae || disciplinae filium meum Bessulam diaconum cum

124 his excusationis litteris destinauimus, adorabiles fratres. unde postulo uestram sanctitatem, licet credam auxilio dei nostri per tantam synodum uenerabilium sacerdotum firmam per omnia fidem catholicam futuram, ut operante sancto spiritu, quem 30

uestris cordibus || in omnibus agendis || credimus adfuturum, nouas doctrinas et ante hoc ecclesiasticis auribus inexpertas || antiquae || auctoritatis uirtute || repellite ||

et ita nouis quibuscumque erroribus resistite, ne || eorum || quos pridem expugnauit ecclesia et in his temporibus quibus exorti sunt, et apostolicae sedis auctoritas et in unum

consonans sententia sacerdotalis frequenter, sub habitu secundae collocationis uox 35

C [= *um*], *T* [= *piq*]

2 scissimus *T* [= *US*] metropolitanus *miq* 4 reuerentia *T* [= *US*] 4/5 legamus [legam *v*] — legit ita *C om. p* [= *US*] et lectum est ita *iq* 6 XVIII [ex numeratione *US*] *p^{mg}* reuerentissimis *T* [= *US*] 9 excusationem *iq* 9/10 magis legationem *iq* 12 nostras *om. T* [= *US*] 14 ergo *C* 15 ex *iq* et *p* [et in *US*] *om. C* prouinciae *C* et *om. T* [= *US*] 16/17 episcoporum *p* [= *US*] 17 adorabilem ad *v* :9 profugatis *T* 20 extendentem *T* [= *US*] 22 poterunt *v, corr. v* poterit *m* 23 totius synodi *p* [= *US*] totius synodi conuentum *iq* 24 qui *C* [= *US*] quo *p* quod *q* que *i* sufficebat *iq* uel *C* et *T* [= *US*] 25 ut *om. T* [= *US*] conuenire *T* [= *US*] accederet *C* [= *US*] 26 hic *m* potuimus *T* [= *US*] 27 ecclesiae *T* 31 in omnibus *om. T* regendis *T* [= *S*] 32 inexpertas *m²iq* inperas *m* uiperas *v* exinperias *p* [expertes *US*] antiquae *C* prouincialis *T* [= *US*] repellere *T* [= *US*] 33 resistere *m* eos *p* [= *US*] eis *iq* 35 frequenter sub *CT* [= *US*] = συνεχώς ἐν *pro* συνεχώς ἐν

uideatur pridem ablata renouari. si quid forte nouiter exortum est quæstionis, necesse est aut acceptum probetur aut condemnatum possit || secerni ||; hæc autem de quibus || iam pridem || iudicatum est, si aliquis dimiserit ad secundam collocationem uocari, nihil || aliud || uidebitur || nisi || de fide quæ hactenus tenuit, ipse ambigere.

- 125 deinde et propter || exemplum posteriorum ||, ut hæc quæ nunc pro catholica fide 5 definita sunt, habere possint perpetuam firmitatem, hæc quæ iam a patribus sunt definita, custodienda sunt, quoniam si quis uoluerit quæ pro catholico statu decreta sunt, in perpetuum || permanere ||, non sua auctoritate, sed || et || antiquorum sententia debet confirmare quod sensit, || ut dum sit tam || ab antiquioribus || quam || a recentioribus || definitionibus || hoc quod confirmat, || probatum, unicam || catholicæ ecclesiæ 10 ueritatem a præteritis temporibus usque ad || nostros dies || simplici puritate et || in-
126 superabili || auctoritate currentem semet et dicere doceat et tenere. hæc interim pro præsentī legatione Africæ, quam destinare necessitas prædicta non || siuit ||, uenerabilibus uestris auribus || supplicauī ||, plurimum petens quatenus conspectis quæ in rebus sunt et temporibus calamitates, nostram absentiam nullam superbiam aut 15 neglegentiam, sed manifestam necessitatem magis arbitrari || dignemini. ||

- 127 Cyrillus episcopus Alexandriæ dixit: Et epistula quæ lecta est reuerentissimi et sanctissimi episcopi Carthaginis Caprioli, inseratur fidei gestorum. uult enim antiqua quidem ualere fidei dogmata, recentiora autem, utpote adinuenta et impie dicta, reprobari et eici. 20

Omnes episcopi clamauerunt: Hæc omnium uoces sunt. Hæc omnes dicimus. Hæc omnium oratio est.

SENTENTIA PRŌLATA A SANCTO CONCILIO CONTRA IMPIVM ET INIMICVM RECTÆ FIDEI || NESTORIVM DAMNANS EVM ||

- 25 Sancta synodus dixit: Super alia neque obaudire uolente || honoratissimo || 25 Nestorio nostram uocationem neque a nobis destinatos sanctissimos et || dei optimos cultores || episcopos suscipiente, necessario accessimus ad discussionem impie ab eo dictorum et || deprehendentes || eum et ex epistulis eius et ex scriptis quæ lecta sunt, et de nuper ab eo dictis in hac metropoli et || probatis || per testium depositionem

1—4 si quid — ambigere] ipsa uerba Latini exemplaris adferre uidetur Fulgentius Ferrandus in cp. 6, 6 [Bibl. patr. ed. Gallandi XI 362^b]; cf. quæ ad Γ adnotauī

17—21 ex alia uersione adfert Vincentius Lerinensis in Commonitorio 31

25 Grace extat in V 62 S 34 A 32; hac uersione utitur Collectio Veronensis XVIII 4 [US usque ad p. 83, 6]

C [= vm], T [= piq]

2 discerni T [= US] 3 pridem iam C 4 aliud om. T nisi C siquidem T' [= US, εἴπερ pro ἤπερ] quæ pC quam iq [= US] 5 posteriorum exemplum p [= US]
8 manere T [= US] et om. T [= US] 9 ut — tam] unde sic hoc quidem T [= US] quam] hoc autem T [= US] 10 definitionibus] uidens T [= US, ὁρῶν pro ὁρῶν] probatum v probatis m probans T [= US] unice m unigenitam T [= US] 11 nostram p [= US] nostra iq dies om. T [= US] 11/12 inuicta T [= US] 12 dicere US deicere Cp docere iq
13 concessit iq [= US] cessit p 14 summissi p [summissi US] misi iq 15 calamitatibus iq
16 arbitrare C dignamini p [= US] 20 reprobare C deici C 21 hæc Ciq [= US]
23/24 impium — fidei om. iq 24 Nestorium — eum] damnans nestorium p nestorium iq
25 uolentem m [= US] honorabili T [cf. US] 26/27 reuerentissimos T [= US] 28 con-
prehendentes T [= US] et² om. v 29 probatis om. T [= US]

impie sapientem et prædicantem necessario || coacti || tam ex canonibus quam ex epistula sanctissimi patris nostri et comministri Cælestini episcopi Romanorum ecclesiæ lacrimantes sæpius ad hanc mærore plenam contra eum || uenimus || sententiam.

Qui blasphematus igitur ab eo est dominus noster Iesus Christus, definiit per præsentem sanctissimam synodum alienum esse eundem Nestorium || tam || ab episcopi 5
pali dignitate || quam etiam ab || omni collegio sacerdotali.

Cyrillus episcopus Alexandriæ subscripsi decernens cum || sancta synodo ||
Iuuenalis episcopus Hierosolimorum subscripsi decernens cum || sancta synodo ||
Et omnes supra dicti episcopi subscripserunt in damnationem || Nestorii ||.

DAMNATIO MISSA || IN || FACIEM EI ALTERA DIE DAMNATIONIS EIUS

10

26 Sancta synodus quæ gratia dei secundum sanctionem || piissimorum || et deo
amabilium nostrorum imperatorum congregata est in Epheso, Nestorio nouo Iudæ.
Cognosce temet ipsum propter impias tuas prædicationes et circa regulas inobædientiam
secundum quod placet ecclesiasticis sanctionibus, Iunio mense præsentis, secunda et
uicensima die, a sancta synodo damnatum et omni ecclesiastica lege extraneum esse. 15

PROLATA DEFINITIO A SANCTO ET VNIVERSALI CONCILIO EPHESENO CONTRA PRÆ-
SVMENTES VEL DOCERE ALIQUID VEL CONSCRIBERE CITRA DEFINITIONEM EXPOSITAM
FIDEI A TRECENTIS DECEM ET OCTO SANCTIS PATRIBVS IN NICÆA

27 1 Petrus presbyter Alexandriæ et primicerius notariorum dixit: Sancta et magna
uestra synodus omnem || ponens || prouidentiam rectæ apostolicæque fidei et dogmatum 20
ueritatis, prouidens quoque disciplinæ et ordinis ecclesiarum, definitionem protulit,
quam || et || præ manibus habentes, si placet sanctitati uestræ, relegimus.
2 Sancta synodus dixit: Prolata definitio sancti huius uniuersalisque concilii
|| legatur || et inseratur gestis.

3 Nicæna synodus fidem hanc protulit: Credimus in unum deum patrem omnipo- 25
tentem et reliqua usque || in || finem symboli.

4 His igitur lectis, decreuit sancta synodus aliam fidem nulli licere proferre uel
conscribere uel componere || præter || definitam a sanctis patribus qui in Nicæa con-
gregati sunt cum sancto spiritu, præsumentes autem aut componere fidem alteram aut
protendere aut proferre uolentibus conuerti ad notitiam ueritatis uel ex paganitate uel ex 30

26 *Græce extat in V 63 S 35 A 33; 27 consula sunt 19—26 ex 46, 2—3 [= A 74, 1—3], 27—p. 84, 8 ex 46, 42 [= A 77]*

C [= um], T [= piq]

1 coacti sumus *T* [= *US*] 3 memore *p* accedere *T* 5 tam *om. T* [= *US*]
6 quam—ab] et *T* [= *US*] 7. 8. subscripsit *C* sancto concilio *T* 9 nestorii qui sunt
ultra ducenti: nam uices egerunt quidam aliorum episcoporum uenire non ualentium ad ephesinam
metropolim [ephesena metropoli *p*] *T*

10 ad *T* eius *uiq* 11 reuerentissimorum *T* 13 cognoscas *v* circa regulas *mT*
propter irregularem *v* obedientiam *v corr* 14 p̄sente *C* praesentis *p* 15 sancto *p*
16 ephesenorum *C* 17 circa *v* circum *m* exposita *p* exposite *iq* 18 trecentis
om. C 20 potens *p* faciens *iq* [= 46, 2] 21 ordini *iq* 22 et *om. T* 24 rele-
gatur *T* 26 ad *T* 28 citra *T* definita *p* 30 procendere *m, corr. m* procedere *v*

Iudaismo uel ex hærese qualibet, hos, si quidem sint episcopi aut clerici, alienos esse
 5 episcopos episcopatu et clericos clero, si uero || sint || laici, anathematizari. simili
 quoque modo si capiantur siue episcopi siue clerici siue laici aut sapientes aut docentes
 ea quæ sunt in prolata expositione a Charisio presbytero de humanatione unigeniti filii
 dei, uel scelestæ et peruersæ Nestorii dogmata, quæ etiam subiecta sunt, subiciantur 5
 sententiæ sancti uniuersalisque concilii. palam namque est quia episcopus quidem
 erit episcopatu depositus, clericus autem similiter clero casurus; si uero laicus fuerit,
 etiam is anathematizetur, sicuti prædictum est.

EPISTVLA DESTINATA AD CLERICOS ET YCONOMOS ECCLESIAE CONSTANTINOPOLEOS
 IN IPSA DIE IN QVA IPSI MISSVM EST

10

28 Sancta synodus gratia dei in Epheso congregata secundum sanctionem || piissi-
 morum || principum nostrorum Lamprotato et Eucharisio reuerentissimis presbyteris et
 yconomis et reliquis reuerentissimis clericis Christo amabilis Constantinopolitanæ
 sanctæ dei ecclesiæ. Cognoscat uestra reuerentia blasphemum Nestorium propter
 impias suas prædicationes secundum ecclesiasticas sanctiones inobædientem hesternæ 15
 die, quæ est præsentis mensis Iunii secunda et uicensima, a sancta synodo secundum
 quod || placet || ecclesiasticis regulis, condemnatum et totius ecclesiastici gradus || esse ||
 alienum. custodite igitur ecclesiastica omnia tamquam futuri etiam reddere
 rationem ei qui per uoluntatem dei et nutum piissimorum et deo amabilium nostrorum
 principum ordinandus est Constantinopolitanorum || sanctæ || ecclesiæ. 20

29 Cyrillus presbyteris et diaconibus et populo [dei] Alexandriae dilectissimis et
 desiderantissimis in domino salutem. Licet latius oporteret ea quæ gesta sunt,
 uestræ insinuari reuerentiæ, sed tamen eo quod urgerentur litterarum portitores,
 d. 22. m. Iun. breuiter || scripsimus ||. scitote igitur quia octaua et uicensima Paynii mensis
 a. 431 synodus facta est in Ephesum in maiore ecclesia ciuitatis, quæ uocatur Maria dei 25
 genetrix, perdurantes autem totam diem nouissime reprobaturum et neque præsumptum
 accedere ad sanctam synodum blasphemum Nestorium condemnationi subiecimus et
 expulimus episcopatu. sumus autem qui conuenimus episcopi ultra ducenti.
 permansit autem omnis populus ciuitatis a mane usque ad uesperam expectans iudicium
 sancti concilii cumque audissent quia damnatus est blasphemus, omnes una uoce 30
 cœperunt fauere sancto concilio et glorificare deum, quoniam fidei cecidit inimicus.
 egredientes uero nos ab ecclesia deduxerunt cum lampadibus usque ad diuersorium
 nostrum (erat enim iam uespera), et facta est multa lætitia et luminaria in ciuitate, ita
 ut || et || mulieres [quoque] thymiateria tenentes antecederent nobis. et ostendit

28 in fine adnotatur in C: in codice Acym post hanc legitur relatio clericorum de sancta synodo
 in qua Dalmatius superscripsit [37]

28 Grace extat in V 65 S 36 A 34

29 Grace extat in V 28 S 97

C [= um], T [= piq]

1 sunt mq 2 cleru v clerum m sint v sunt m om. T 4 a Charisio] attrisio m
 inhumanatione pq 8 sicut C

10 in ipsa — est om. iq 11/12 piissimorum et deo amabilium T 17 placuit T
 17/18 esse alienum m alienum esse v alienum T 18 etiam om. v 20 sanctæ om. T

21 inscr. cōpla cyrilli epī ad clerum et populum alexandrie iq dei CpS om. iq
 24 scripsi T [= Γ] paynii v paunii T parui m 25 epheso iq 29 spectans C 33 lætitia
 multa C 34 et¹ om. T quoque delere prætermissum thymiateria v tunateria m
 thymiamateria pq tumamateria i nos v^{corr}iq

saluator blasphemantibus gloriam suam quia omnipotens est. futuri itaque sumus
|| chartas || complentes factas in damnatione eius iam festinare ad uos, comitante deo.

Omnes sumus in gaudio ac salute propter gratiam saluatoris. ualere uos in
domino opto, dilectissimi et desiderantissimi.

RELATIO AD PISSIMOS IMPERATORES A SANCTA SYNODO DE DAMNATIONE NESTORII 5

- 30 1 Piissimis et deoamantissimis Theodosio et Valentiniano uictoribus ac trium-
phatoribus semper augustis sancta synodus gratia Christi et nutu uestrae potestatis
congregata in Ephesiorum metropoli. A progenitoribus ueram fidem percipiens
uestra pietas, Christo amabiles et || deoamantissimi imperatores ||, et hanc cottidie
crescentem, sollicitudinem plurimum habetis dogmatum ueritatis, pro quibus etiam 10
tumultu facto non solum in illa maxima ciuitate, sed etiam in toto orbe terrarum ex
his quae praedicata sunt et edocta a Nestorio dogmatibus, alienis existentibus a sancto-
rum patrum et sanctorum apostolorum et euangelistarum traditione, non despexit
uestra potentia ea quae conturbabant sanctas ecclesias et adulterabant fidei et uerae
|| pietatis dogmata ||, sed ex omni metropoli congregari iussit uestra pietas deo amabiles 15
metropolitae episcopos, || deducentes || quoque quosdam aliarum ciuitatum episcopos,
2 || tempus || sufficiens ad concursiōem usque ad pentecosten decernens. omnibus d. 7. m. Iun.
itaque nobis congregatis in Ephesiorum metropoli secundum definitas nobis indutias, a. 431
tardare contigit sanctissimum Iohannem Antiochenum episcopum, sed arbitrati nos
itineris difficultatem causam fuisse tarditatis distulimus audientiam usque ad tempus 20
sedecim dierum ex definitis indutiis a uestra potentia. et alii quidem sanctissimorum
episcoporum senectute || comprehensi || peregrinationis moram non ferebant, alii uero
in || languoribus periclitabantur ||, quidam autem etiam uitae terminum susceperunt
in Ephesiorum metropoli, alii quoque paupertate constricti adeuntes nos cogeant
3 audientiam. post sedecim uero totos dies || enumeratos || a sancta pentecoste 25
celebrauimus audientiam. quoniam uero etiam sanctissimus episcopus Antiochiæ
Iohannes per Alexandrum Apamiæ et Alexandrum Hieraspoleos deoamantissimos
episcopos praecedentes eum significauit nobis || continuandum || negotium, maiori
tarditate onerare sanctam synodum nolens, congregatis || igitur || nobis in die mensis
Iunii secunda et uicensima secundum Romanos et ante unum diem rogantibus per 30
reuerentissimos episcopos mirabilem Nestorium sedere nobiscum et communicare de
pietate et fide quaestioni, nullum ab eo clarum meruimus responsum, || mandante ||
4 hoc solum per eos qui missi sunt quia cogito, et si probauero, occurro. in crastinum
uero collecti in || sanctam et maiorem ecclesiam || quae appellatur Maria, proposito

26—28 not iohannem mandasse synodo sanctae continuare iudicium se tardante *wms*

30 *Græce extat in V 81 S 49*

C [= um], T [= pig], S [= wr, inde a 5]

2 chartulas *T*

5 de *om. w*

8 epheseorum *C* ephesenorum *w* ephesinorum *w^{corr}*

9 a [*om. iq*]

deo seruati principes *T*

et hanc] ex hac *iq*

10 crescente *iq*

plurimam *iq w^{corr}*

11 tumulto *S, corr. w*

in² *om. S*

12 predicta *C*

14/15 uere [*uero p*]

dogmata

pietatis *T*

16 deducens *T*

17 tempusque *TS*

18 metropolim *pw, corr. w*

20 causa *C*

22 compressi *T*

23 languoribus *S*

laboribus *C*

languore *iq*

periculum patie-

bantur *T*

25 numeratos *T*

sancto *C*

27 et *om. w*

28 habendum *T*

29 igitur

om. TS

30 unam *S*

31 miserabilem *iq*

32 significante *TS*

34 sca et maiore

ecclesia *T*

quoque sancto euangelio in media sede et ipsum nobis || præsentem Christum || mon-
 strante, nos quidem secundum canonum consequentiam rursus misimus ad eum tres
 alios sanctissimos episcopos rogantes occurrere ad sanctam synodum et doctrinæ suæ
 reddere rationem, at ille militibus suam domum circumdari procurans, cum nulla
 esset neque fieret turba per ciuitatem, nec responso eos qui missi sunt, dignos fecit. 5
 canonibus autem præcipientibus euocari tertia uocatione inobædientem, dirigentes
 ad eum rursus alios sanctissimos episcopos, contumacem inuenimus et remittentem
 eos qui missi sunt, cum multa uerecundia et iniuriis per eos qui ante domum eius
 5 circumadstabant milites. quia ergo non oportebat tantam sanctam synodum
 conuenientem sine effectu manere illo mala conscientia non occurrente, || ea quæ sunt || 10
 de fide et pietate, necessario mouimus dogmata, præfulgere gestorum monumentis
 disponentes deo amabiles litteras uestre pietatis, post quas expositionem piæ fidei
 || præponentes quæ || primitus quidem a sanctissimis apostolis || tradita est || nobis,
 postea uero || exposita || a sanctissimis patribus trecentis decem et octo in Nicæna
 ciuitate collectis a sanctæ memoriæ Constantino, cuius rectam fidem clariorem ostendit 15
 uestra potentia, et expositioni huic primum quidem de fide epistulas deoamantissimi
 et sanctissimi archiepiscopi Cyrilli comparantes || consonantes || inuenimus et dogma-
 6 tibus et intellectibus et in nullo alienam eius doctrinam piæ illius expositionis. quia
 uero iam supererat ut compararentur dogmata prædicata || a mirandissimo Nestorio
 (nec || enim incerta erant, et in epistulis eius aperte prædicata et in codicibus et in 20
 publicis tractatibus manifeste diuulgata, sed et in ipsa Ephesiorum metropoli || ad ||
 quosdam reuerentissimorum episcoporum ab eo palam dicta; non enim cessabat
 || dicere || non oportere dici deum qui propter nos homo factus est, et exprobrans
 diuinitati humana, quæ non propter infirmitatem, sed propter clementiam in nos
 habitam suscepit, ueluti deridens || autem || uenerabile || diuinumque || mysterium 25
 nostrum || disputans || aduersus reuerentissimos episcopos præsumpsit dicere quia ego
 || illum bimenstrem et trimenstrem || deum non dico, et hæc ante tres omnes dies sancti
 concilii, sicut etiam monumentorum continet fides), necessario hæc quoque compa-
 rantes expositioni sanctorum patrum repugnantia inuenimus penitusque contraria
 catholicæ || nostræ || et apostolicæ fidei, ut neque egeat satisfactione Nestorius, sed 30
 ipse sui cottidie fiat accusator, persistens in dogmatibus suis corruptis penitusque
 7 contrariis catholicæ et apostolicæ fidei nostræ. || pro || hac itaque causa ipsum quidem
 || a || sacerdotio corruptaque doctrina remouimus, depositionem eius canonicam facientes
 atque laudantes deoamantissimum et sanctissimum episcopum maximæ Romæ Cæle-
 stinum, qui ante nostram sententiam reprehendit hæretica Nestorii dogmata et ante 35
 nos protulit aduersus eum sententiam propter ecclesiarum cautelam et traditam nobis
 piam salutaremque fidem a sanctis apostolis et euangelistis sanctisque patribus, quam

C [= *vm*], T [= *piq*], S [= *wr*]

1 xpm præsentem T 1/2 monstrantem CS, corr. w 6 in obedientiam C 7 re-
 mittente *p* 8 eos milites C 9 circumstabant *ir* milites om. C 10 ea — sunt om. T
 11 mouimus *vS* nouimus *mi* monuimus *pq* 12 piæ om. C 13 proponentes TS quæ
 om. TS traditæ TS est om. TS nobis om. S 14 exposita *v* expositæ *pS* om. *miq* in nicea
viq inicea *m* 17 consonas *pi* consonans *q* 18 nulla *p* 19 a mirandissimo S ab ammirantissimo *v*
 ab amirentissimo *m* mirabilissimi *p* miserabilissimi *iq* nestorii T 20 non TS 21 apud TS
 23 dicens TS 25 habitum C autem *m* om. *vTS* uenerabilem *Cw* sacrumque T
 26 disputans autem TS 27 illum om. T duorum mensium [mensuum *p*] aut [et *iq*] trium
 mensium [mensuum *p*] T 29 expositionum C repugnantiam uenimus C 30 nostræ
 om. TS eat satisfactione *w* eat ad satisfactionem *wcorr* 32 pro om. T hæc *pw*, corr. *w*
 33 a om. T

peruertere nisus est corrupto sermone et nimia multitudine quam reprehensus effudit.
 8 uestræ || autem || potentiæ supplicamus quo omnem eius doctrinam iubeatis auferri
 a sanctissimis ecclesiis et inuentos ubicumque codices igni contradi, per quos || re-
 spuere || nititur dei gratiam || hominis facti || propter clementiam, quam ipse non cle-
 mentiam, sed iniuriam putauit diuinitatis; si quis autem contemnat quæ || sancita || 5
 sunt, formidet uestræ potentiæ indignationem. sic enim et apostolica fides inuiolata
 permanet || a || uestra pietate roborata et omnes nos intentas orationes pro uestra
 potentia faciemus, per quem Christus glorificatur et roboratur fides et dei gratia fit
 9 cunctis hominibus manifesta. ad clariorem || uero || perfectioremque notitiam
 gestorum subiecta sunt etiam monumenta, et subscripserunt omnes qui prænominati 10
 sunt in monumentis deo amabiles episcopi.

31 1 Cyrillus archiepiscopus Comarioni Potamoni episcopis et archimandritis
 monasteriorum domino Dalmatio et Timotheo et Eulogio presbyteris dilectissimis et
 desiderantissimis in domino salutem. Sperabamus uenientem honoratissimum 15
 Nestorium pænitentiam agere in quibus blasphemauit ex quo ordinatus est, et ueniam
 postulare a sancto concilio, licet etiam sic periculosum esset donare ueniam ei.
 non enim possibile erat uiro talia prædicanti, || quia || omnem peruertit orbem terrarum
 et colendam ecclesiarum commouit fidem, concedere ueniam. nam si etiam qui
 unam dimittere blasphemam præsumpserit uocem contra piissimos et Christo amabiles 20
 imperatores, iuste patitur indignationes legum, non potius impius qui totum uenerabile
 conuertit nostrum mysterium et perimit dispensationem quam sanctus et clemens
 dei patris filius unigenitus propter nos impleuit dignatus homo fieri, ut omnes nos saluos
 2 faceret et liberaret quæ sub cælo sunt, et peccatis et morte? uerumtamen mirati
 sumus durum cor uiri. nam neque pænituit neque fleuit in his quæ dicere præ- 25
 sumpsit contra gloriam omnium nostrum saluatoris Christi, sed etiam in Ephesum
 ueniens isdem sermonibus utebatur et rursus ostendit semet ipsum sapere peruersa,
 ita ut insignibus metropolitanis deo amabilibus episcopis iuste aduersus eum || mouen-
 tibus ||, deinde concludentibus eum per scripturam diuinitus inspiratam atque do-
 centibus quia deus est qui ex sancta uirgine secundum carnem natus est, nefanda 30
 uoce usus diceret > ego || bimenstrem et trimenstrem || deum non dico, sed et alia
 8 super hæc, perimens inhumanationem unigeniti. data || quidem || est sancto con- d. 7. m. Iun
 cilio dilatio sancta pentecoste a deoamantissimis nostris imperatoribus (primæ namque a. 431
 litteræ per quas euocati sumus, hanc habent formam), occurrimus autem ad Ephe-
 siorum urbem ante definitum diem; non enim fas erat contemnere dominicas sanctiones. 35
 quia uero audiuius uenire reuerentissimum et deoamantissimum Antiochenorum
 episcopum Iohannem, sustinuimus sedecim dies, licet omnis synodus clamaret et

31 *Grace extat in V 67 S 47*

C [= vm], T [= piq], S [= wr]

2 siquidem *p* igitur *iq* *oms* *C* auferre *C* 3/4 rescindere *T* 4 homini *Tr*
 factam *T* dementia *C* 5 contempnit *iq* sancta *TS* 6 si *C* 7 permanebit *iq*
 a *om.* *T* 8 quem [oū] *CpS* quam *iq* 9 uero] quoque [= τε] *TS*

13 comarioni *T* potamino *C* postulatur archimandritæ 15 speramus *S* 17 esse *iS*
 esse sciamus *u*² ei ueniam *C* 18 uiro ex uero corr. *p om. iq* qui *T* 20 blasphemiam *miq*
 21 uenerabilem *mpiw*, corr. *w* 28/29 motis *T* 31 duorum mensium
 [mensuum *p*] et trium mensum [mensum *om. iq*] *T* 32 siquidem *T* *sca p* 33 pentecoste *p* pentecosten *iq* pentecostes *CS*

diceret quia ille non uult adsedere; metuit enim ne forte depositionem sustineat honoratissimus Nestorius || sumptus || ab ecclesia quæ sub eo est, et forte hac causa confunditur. quod etiam ostendit experimentum postea uere: distulit enim uenire. præcedentes enim aliqui qui cum eo erant reuerentissimorum episcoporum ab Oriente dixerunt: mandauit nobis dominus Iohannes episcopus dicere || religiositati || uestræ 5
 4 quia si tardauero, agite quod agitis. congregata igitur sancta synodus secundum d. 22. m. Iun. Alexandriam octaua et uicensima Paynii mensis in maxima ecclesia quæ uocatur a. 431 Maria, uocauit eum mittens reuerentissimos episcopos ut ueniret et || adesset sibimet ipsi || et satisfaceret de quibus edocuit atque conscripsit. at ille primum quidem responsum fecit dicens quia cogito et uideo. uocatus est secundo anagnostico a 10 sancto concilio, rursus missis ad eum dei || optimis || cultoribus episcopis. ille uero, || rem || faciens || incongruam ||, milites sumens a magnificentissimo comite Candidiano statuit ante domum suam cum fustibus prohibentes ingredi quemquam ad eum, cumque persisterent destinati sanctissimi episcopi dicentes quia nihil mali uenimus dicere uel audire, sed sancta synodus eum uocat, occasionibus uariis utebatur, 15 utpote uenire nolens; percutiebat enim eum conscientia. deinde usi sumus etiam tertio anagnostico et rursus missis episcopis ad eum ex diuersis prouinciis iterum 5 militum usus est uiolentia et noluit aduenire. residens || autem || sancta synodus et sequens ecclesiæ sanctiones et relegens epistulas eius et expositiones et inueniens blasphemias eas plenas, attestantibus quoque insignibus reuerentissimis episcopis 20 metropolitanis quia in ipsa Ephesiorum urbe contra nos disputans aperte dixisset quia deus non est Iesus, deposuit eum et iustam legalemque aduersus eum sententiam protulit. quia uero fuit necessarium hæc ipsa cognoscere uestram sanctitatem, quos oportet maxime hæc ipsa nosse, ut non subripiat aut ipse aut qui ei student, hæc ne- 6 cessario nuntiaui. habemus autem et reuerentissimi episcopi Iohannis epistolam 25 scriptam ad eum, per quam uehementer increpat ei tamquam || noua || et impia dogmata in ecclesias introducenti et soluenti prædicationem a sanctis || prophetis || et apostolis traditam ecclesiis. quia uero nihil potest || propter suas blasphemias || dicere, occasionem sumit dicens quia rogauit dies quattuor differri, donec ueniret Antiochenorum episcopus, et non adqueuerunt, dum || certe || memoratus sanctissimus episcopus 30 Iohannes declinauerit aduenire. nam si uoluisset interesse, cur || nuntiaret || per episcopos sub manu sua constitutos quia si tardauero, agite quod agitis? sicut enim dixi quia noluit interesse, sciens quia omnino sancta synodus || decerneret || Nestorii damnationem, utpote impia || et blasphema locuti || aduersus omnium nostrum sal- 7 uatorem Christum. quia ergo, sicuti didici, delatæ sunt relationes a magnificen- 35 tissimo comite Candidiano, || uigilate, docentes || quia nondum monumenta quæ gesta sunt in damnatione eius, completa sunt in chartis ideoque non potuimus neque relationem mittere quæ deberet mitti ad || pios || et uictores nostros imperatores, cum

C [= *um*], T [= *piq*], S [= *ur*]

| | | | | |
|---|--------------------------|--|---------------------------|----------------------------|
| 1 assidere <i>wcorr</i> adesse <i>iq</i> | 2 captus T | sub] si ab <i>p</i> | 3 enim distulit <i>iq</i> | 4 aliqui |
| ab hi <i>m</i> ad hunc <i>v</i> | 5 dominus <i>Tr</i> | beatitudini [beatitudine <i>p</i>] T | 6 synodo <i>v</i> | |
| 7 paynii CS paunii <i>p</i> paunii <i>q</i> pamini <i>i</i> | 8 et <i>om. m</i> | 8/9 adesset [<i>om. m</i>] sibimet ipsi CS | | |
| probari semet ipsum T | 9/10 responsum quidem C | 11 optimis <i>om. T</i> | 12 causam TS | |
| illicitam TS | 13 militem C | 14 eam <i>p</i> | 16 uisi C | 18 igitur TS [= <i>Γ</i>] |
| 26 nouam <i>m</i> nouum <i>v</i> inania TS | impium <i>v</i> | dogma C | 27 introducendi C | pro- |
| phetis C ecclesiis <i>pS</i> euangelistis <i>iq</i> | 28 in suis blasphemias T | 30 certe <i>om. T</i> | 31 nun- | |
| tiauit T | 33 quia <i>om. iqr</i> | decerneret TS | 34 blasphemaque TS | locuti <i>m S</i> |
| ante impia coll. <i>v</i> loquentis T | 36 sapienter docete T | 38 debet <i>m</i> | piissimos T | |

deo autem dicendum est, || subsequetur || etiam relatio cum monumentis, si quis nos permiserit destinare qui deferre possit. si igitur tardauerit monumentorum et relationis aduentus, agnoscite quia non permittimur destinare ualete || in domino ||.

- 8 || Populus || simul || Constantinopoli || una uox omnium: anathema Nestorio
 9 Ascendit in altum sanctus Dalmatius et dixit: Si uultis audire, quiescite et 5
 agnoscite; nolite impedire his quæ dicuntur, sed || longanimes || estote, ut uerba sup-
 tiliter audiat. epistolam nunc lectam uestre reuerentiæ piissimus imperator
 legit et satisfactum ei est. quia ego dixeram imperatori, quando uenit ad me, quid
 debuisset scribere sancto concilio, quæ dicta sunt ei et plene non sunt scripta, misit
 autem ad me et lecta sunt et ne contristarem eum, subsequencia præmisi, quæ deferentes 10
 non ostenderunt, sed pro eis alias ostenderunt litteras, decencia ergo et consequentia
 locutus sum ei, quæ non licet modo dicere || coram uestra reuerentia non enim
 putetis || quia elatus quidam sum aut gloriatus; conteret enim deus ossa simulatorum. Ps. 52, 6
 10 imperator omnia consequenter audiuit quæ facta sunt, et gauisus est cum gratiarum
 actione ad deum et consonauit uerbis consequentiæ sancti concilii, sicut decet eius 15
 imperium, non mea uerba secutus, sed fidem aorum suorum et patrum tamen
 sicut decebat, suscepit et legit et satisfactum est || ei || et hoc dixit quia si sic || est ||,
 sine ueniant qui interfuerunt episcopi. et dixi ei quia nullus eos uenire permittit
 et dixit: nullus prohibet ego autem dixi quia tenti sunt et uenire prohibiti,
 et || dixi || rursus quia ab illa parte et ueniunt multi et uadunt sine prohibitione, 20
 quæ uero a sancto concilio aguntur, nullus referre permittit uestre pietati || in
 parte || uero altera, || id est in || domini, dixi ipsi imperatori coram omnibus: quem
 uis audire, sex milia numero episcopos aut unum hominem impium? sex milia uero
 11 dixi qui sunt sub potestate metropolitanorum sanctorum episcoporum. hoc ergo
 factum est, ut mittatur et ueniant qui uenturi sunt, qui etiam ea quæ gesta sunt, facient 25
 manifesta constitui, dico autem sanctissimi episcopi nunc uenientes a sancto concilio
 et dixi quia bene quæstisti. et iterum adiecit uerbum unum et dixit: orate pro me
 et noui quia imperator secutus est magis deum et sanctam synodum et nequaquam
 peruersos homines orate ergo || et || pro imperatore et pro nobis.

CYRILLI ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIÆ EPISTVLA SCRIPTA AB EPHESO AD PATRES 30
 MONACHORVM

- 32 1 Cyrillus reuerentissimis et dei || optimis || cultoribus || patribus monachorum ||
 et qui uobiscum sunt uitam || monasticam adepti || et in fide dei collocatis dilectissimis

32 *Græce extat in V 68 S 48*

C [= um], T [= p1q], S [= wr]

1 subsequetur *vq* subsequenter *m* subsequitur *pw* sequitur *r* sequatur *i* 2 deferri *C*
 3 reuelationis *p* permitamur *p* in domino *om. TSΓ* 4 tunc populus *I* populi *w²* con-
 stantinopoli *C* in constantinopolim *pw* in constantinopoli *igr* uoce *iq* anathematizauit *iq*
 nestori *C* nestorium *iq* 6 magnanimes [magnanimi *iq*] *TS* 10 prætermisi *w²* 11 di-
 centia *pq* 12/13 coram — putetis] cogetis *p* cogitatis *q* cogitatus *i* 13 sum quiddam
 [quicquam *q*] *iq* sum quidem *v* conterit *S* 15 actionem *S, corr. w* 17 est ei *C* est *Tr*
 ei est *w* sic est *CS* sic *pq* sit *i* 18 episcopi *om. w* 20 dixit *T* 21 a *om. S corr. w²*
 in *om. T* 22 pars *T* id est in *CS* est *T* et dixi *iq om S* 24 sanctorum episcoporum
om i sanctorum *om. C* 25 mittantur *C* faciē *m* facie *v* faciant *iq* 26 constituti *p om. iq*
 27 dixi *CpS* dixit *iqw²* *coniectura felici* 28 secuturus *iq* 29 et *om TSΓ*
 30 ad *p* 32 optimis *om T* patribus monachorum *C* monachis *TS* 33 nobiscum *vp*
 monachicam *p1S* adeptis *T*

et desiderantissimis in domino gaudere. Dominus || noster || Iesus Christus quando
 ab scelestis Iudæis passus est contumelias, dum malediceretur et palmis cæderetur,
 flagellatus et nouissime propter nos et pro nobis cruci adfixus, prospiciens omnes
 Ps. 68, 21 delinquentes in se scelesta super eum mouentes capita, dicebat: et sustinui qui simul
 contristaretur, et non fuit, et consolantem, et non inueni. tale 5
 aliquid etiam nunc factum conspiciamus, magis autem, ut non fidelium germano-
 rumque || zelum iniuriem ||, Nestorii blasphemiae plurimos habuerunt qui simul con-
 tristarentur, licet declinassent quidam eum constituti in sacerdotio, cooperantes
 2 hæretico et eum debellantibus resistentes. sed || destruet || Christus horum ineru-
 ditiones, magis autem iam et destruxit. cessauit enim os blasphemum et tacuit 10
 scelestissima lingua || non iam || contra Christum proferens blasphemias in potestate
 || magisteriali || atque sacerdotali, et qui amicitiam eius exorauerunt magis et non de
 Christi dilectione cogitauerunt, contumeliis habent uultus plenos; hoc enim || eis ||
 debebatur. sed licet uictus sit iam inimicus et sumus in reliquiis cogitationis, egemus
 etiam sic uestris supplicationibus ad deum, et est necessarium uobis tamquam con- 15
 1 Tim. 2, 8 secrantibus deo uestram uitam sanctas leuare manus et sæpius hoc agere pro nobis.
 Exod. 17, considerate enim quia Iesus Naue cum electis Israhel debellabat Amalech, beatus
 9-11 autem Moyses manus eleuans expetebat a deo ut uincere potuissent || hi qui erant ||
 3 in bello et pugna. confortetur igitur sanctitas uestra ad orationes, et tamquam filii
 || peculiare || patribus cooperamini languorem ueluti quendam pestiferum Nestorii 20
 malam sectam abscidentibus, ut et || incontaminatam et immaculatam || et in nullo
 reprehendendam habentes fidem complacere ualeamus || ei qui || omnia propter nos
 et pro nobis || passus est || Christo. lætificate igitur etiam per litteras nos; susci-
 piemus enim tamquam || sufficientissimam || consolationem || hanc rem ||.
 Valere uos oramus, carissimi atque desiderantissimi fratres. 25

EPISCOPORVM QVI INVENTI SVNT || CONSTANTINOPOLIM || COMMONITORIVM

XXXIII 1 Congregata sancta synodus in Epheso secundum sanctionem piissimorum et
 Christo amabilium nostrorum imperatorum et inueniens inimicum Christi in isdem
 perdurantem et impia prædicantem, damnauit eum, ut de cetero ab omni orbe ter-
 rarum scandala absciderentur. et || dum || diuulgatum || esset || hoc in Con- 30
 stantinopolim, omnes illi homines studentes, omnia ecclesiastica sumentes ab eo,
 circumueniebant ueritatem, dicimus autem custodientes nauis itinera et non sinentes
 neque uenire Constantinopolim aliquem a sancto concilio neque illic proficisci, sed
 2 solum ea quæ inimici sunt Christi, et deferebantur et referebantur. et quoniam

XXXIII *Græce extat in V 66 S 46*

C [= vm], T [= piq], S [= wr]

| | | | |
|---|-------------------------------------|--|---|
| 1 noster <i>om. T</i> | 3 crucifixus <i>qS</i> | 4 simul mecum <i>C</i> | 5 post consolantem <i>add. me</i> |
| quæsiui <i>in mg. m²</i> | 7 zelo <i>T</i> | iniuriem <i>C</i> iniuriam faciam <i>T</i> iniuriam <i>S</i> in iniuriam <i>w²</i> | |
| plurimi habuerint <i>w²</i> | 8 ad ante eum <i>add. w²</i> | 9 destruit <i>TS</i> | horum <i>om. C</i> 11 non |
| iam <i>C</i> non <i>S</i> nequaquam <i>T</i> | 12 doctrinali <i>T</i> | 13 contumeliis] confusione <i>iq</i> | eis <i>om. T</i> |
| 14 simus <i>w²</i> | reliquis <i>Ciq</i> | cogitationes <i>p</i> cogitantes <i>iq</i> cogitationibus <i>v</i> | 17 rebellabat <i>p</i> |
| 18 potuisset <i>iq</i> | hi — erant <i>om. T</i> | his <i>S</i> , <i>corr. w</i> | 19 confortentur <i>w²</i> conuertatur <i>iq</i> |
| festinet ad <i>w²</i> | 20 germani <i>TS</i> | 21 abscidentes <i>v</i> | immaculatam et inuiolatam <i>T</i> |
| 22 ei qui <i>om. T</i> | 23 passo <i>T</i> | est <i>om. T</i> | letificante <i>C</i> , <i>corr. v</i> 24 sufficientissimam <i>S</i> |
| sufficientiam <i>m</i> sufficientem <i>v</i> idoneam rem <i>T</i> | hanc rem <i>CS</i> uestram <i>T</i> | | |
| 26 <i>inscr. om. iq</i> | in constantinopolim <i>p</i> | 27 numerus <i>ex p</i> | 30 dum <i>C</i> sicuti <i>TS</i> |
| est <i>TS</i> | 31 studentes ei et <i>iq</i> | sumere <i>v</i> | 34 solam <i>m</i> eam <i>m</i> eos <i>v</i> qui |
| inimica <i>iqw²</i> | deferebant et referebant <i>v</i> | | |

nullus potest aduersus deum (quid enim est homo?), per dispensationem dei uenit Ps. 8, 5
 epistula ab Epheso scripta ad sanctos episcopos et monachos missa per mendicantem,
 ligantem eam intra calamum, et ita mendicans et ferens calamum hanc detulit. et
 surgentia uniuersa monasteria cum archimandritis suis exierunt ad palatium psallentes
 antiphonas. erat autem sanctus Dalmatius unus archimandritarum, annos qua- 5
 draginta octo habens quod non egrediebatur monasterium suum, sed intus manebat
 inclusus (pissimus autem noster imperator ibat ad eum et uidebat eum), ita ut terræ
 motis sæpe factis Constantinopolim et crebro rogante imperatore ut exiret et letaniam
 faceret, numquam suasus fuisset exire. orante autem eo pro hoc, uox de cælis ei
 3 descendit ut exiret; deus enim noluit perire eius gregem usque ad finem. erat autem 10
 cum eis et populus multus orthodoxorum. cum || autem introissent || ad palatium,
 euocati ab imperatore ingressi sunt archimandritæ, et remansit multitudo monachorum
 et populorum psallentium antiphonas. deinde egressi sunt promerentes iustum
 responsum; clamabant omnes >mandata imperatoris<. postea satisfecerunt quia
 eamus ad basilicam sancti Mucii et relegimus etiam epistulam et agnoscitis satis- 15
 factionem imperatoris. deinde perrexerunt omnes et monachi et populi; erant
 enim uia caput unum psallentium ipsum ultimum psalmum in ultimo loco ciuitatis,
 || et || occurrerunt populis monachi cum || cereolis || psallentes et cum uidissent
 multitudinem, clamauerunt aduersus inimicum. ueneruntque ad basilicam sancti
 Mucii, et lecta est eis epistula. 20

EXEMPLAR RESCRIPTI IMPERIALIS MISSI IN EPHESVM PER PALLADIVM MAGISTRIANVM

34 Imperatores Cæsares Theodosius et Valentinianus uictores triumphatores maximi
 semper || colendi sanctissimæ Ephesenæ synodo ||. Magnificentissimo comite
 deuotissimorum domesticorum Candidiano insinuante didicit nostra pietas turbulenter
 quædam et citra quod decet, in Ephesiorum gesta metropolim, neque omnibus, sicuti 25
 placitum erat, || optimis || dei cultoribus episcopis conuenientibus, cum utique magnæ
 ciuitatis Antiochiæ episcopus || propinquare || iam cum aliis metropolitibus futurus esset,
 neque his qui iam aduenerant, pariter || tractantibus || aut alterutris concordantibus
 neque ea quæ de fide sunt, modo quo condecebat, examinantibus aut sicut semper
 directis sacris nostris continebatur epistulis, sed ut apertum esset quorundam aduersus 30
 aliquos odium propter plurimum studium circa quædam quolibet modo placita neque
 uelamine uti ualentium, || per quod putaret forsitan aliquis ratione facta quæ gesta ||
 sunt. unde placuit nostræ diuinitati locum quidem talem nequaquam habere
 auctoritatem, his autem quæ inconsequenter gesta sunt, uacantibus, quæ circa pietatem
 sunt uerba, sicuti || placuerat, prima examinari || et secundum quod communiter omni con- 35

34 *Grace extat in V 83 S 52**C [= um], T [= piq], S [= wr]*

3 hunc *p* 7 inclausus *pS, corr. w* imperator noster *C* imperator *q* 8 motibus *r*
 11 ergo *TS* uenissent *T* in *v* 12/13 populorum et monachorum *igr* 14 quia in
 dicentes *corr. w²* 15 relegemus *corr. w²* agnoscetis *corr. w²* cognoscitis *m* agnoscimus *q*
 agnouimus *i* 16 et populi et monachi *m* erat *w²r coniectura felici* 17 in uia *w³*
 18 et occurrerunt *CS* occurrerunt *p* occurreruntque *iq* cereis *T*
 21 in ephesum *CS* in epheso *p* ephesum *iq* 23 augusti scissino epheseno concilio *TS*
 25 citra] cetera *S* quod decet in que dedecet *corr. w²* metropoli *iqu²* sicut *Ciq*
 26 optimis *om. T* 27 adpropinquare *T* adpropinquaret *S* metropolis *C* 28 aduenerat *C*
 cogitantibus *T* 31 quælibet *p* 32 per quod — gesta] ideoque quilibet putabit studio gesta
 quæ facta *T* 33 diuinitati *Cp* pietati *S* dignitati *iq* 35 placuit *T* prima *C* primos *S*
 prius *T* examinentur *T* examinare *wcorr*

cilio placuerit, in relicum tempus || ualere ||, || non ferente nostra pietate || eas || quæ || ex || fraudulentum sunt || studio || præsumptiones ||, sic autem in his quæ facta sunt, indignante, ut iuberemus, donec et ab omni || synodo || dogmata pietatis examinentur et dirigatur aliquis a sacro nostro palatio una cum magnificentissimo comite Candidiano, quæ gesta sunt secundum iussionem nostram cogniturus et quæ sunt incongrua prohibitorum, 5 neque recedere aliquem congregatorum episcoporum ab Ephesena ciuitate neque || uero || ad sacrum nostrum uenire comitatum aut ad suam patriam remeare. quatenus || enim || nulli hoc liceat neque speret facile prouenire, idonea quidem et hæc sunt uestre || religiositati nuntiare || scripta, ne quid etiam aliud præter nostram iussionem his quæ facta sunt, augeatur; sciat || uero || sanctitas uestra quia etiam clarissimis 10 iudicibus prouinciarum scriptum est nullum penitus permittere ad suam patriam uel ciuitatem extra nostram remeantem suscipi iussionem; || oportere || enim omnia secundum quod deo placitum est, sine contentione et cum ueritate examinata sic a nostra pietate confirmari || tamquam non || pro hominibus nunc neque pro sanctissimo et deoamantissimo episcopo Nestorio aut alio quolibet, sed pro ipso dogmate et ipsa ueritate 15 sollicitudinem habente nostra diuinitate.

d. 29. m. Iun.
a. 431

Dat || III || Kl. Iulias consulatu Flauii Antiochi et qui fuerit nuntiatus

MONUMENTA QUÆ GESTA SVNT IN EPHESO SVB PRÆSENTIA EORVM QVI DE ROMA
VENERVNT EPISCOPORVM ATQVE || PRESBYTERI LEGATORVM ||

|| Secunda actio ||

20

35 1 Post consulatum dominorum nostrorum Flauii Theodosii tertio decimo et Flauii
d. 10. m. Iul. Valentiniani tertio pp̄ augustorum, VI. Id. Iuliarum, quæ est secundum Ægyptios
a. 431 Epiphii sexta decima, synodo congregata in Ephesenorum metropoli per sanctionem
deoamantissimorum et Christo amabilium imperatorum

et residentibus in episcopo || deocolentissimi || episcopi Memnonis dei || optimis || 25
cultoribus et || deo amicissimis || episcopis Cyrillo Alexandriæ, regente etiam locum
sanctissimi et beatissimi archiepiscopi Romanorum ecclesiæ Cælestini,

et Iuuenale Hierosolimorum

et Memnone Ephesiorum

et Flauiano Philippensium, optinente etiam locum Rufi reuerentissimi episcopi 30
Thessalonicensium.

et Theodoto episcopo Ancyra Galatiæ primæ et omnibus prænominatis episcopis
in statu monumentorum,

35 *Grace extant in V 106 S 62—64 A 41. 42*

C [= *vm*], T [= *piq*], S [= *vr*]

1 ualeant TS eas mS ea vT 1/2 ex [et m] fraudulento [fraudenti v fraudulenta m]
sunt studio CS ex studio T 2 præsumptiones S præsumptionis C præsumpta sunt T 3 ut
iueremus w uti ueremus r uti uetaremus w^{corr} 4 concilio T 6 recidere C 7 uero om. TS
8 enim om. T 9 beatitudini T pronuntiare TS 10 enim T 12 oportet T
13 placitorum S, corr. w placitum iq 14 non tanquam T 16 habentem m habentes v
17 III om. TS iunias r consulatu — nuntiatus om. iq fl. p antiochie qui
[que m] C

19 presbyterorum vT legatorum om. T 20 Secunda actio om. TS incipit secunda v
21 consolatu p 22 ualentiniano C sexto CS 23 sextum decimum p ephesi-
norum S ephesiorum pi Ephesorum q 25 di cultoris T optimis om. T et do ama-
bilibus p om. iq regentem S 28 iuuenali Ciq 32 theodo m theodoro v

ingressis quoque et consedentibus || his || qui ab Hesperia || exierunt || deoaman-
tissimis et || sanctissimis || episcopis et legatis Arcadio et Proiecto et dei cultore
presbytero Philippo apostolicæ || Romanæ || sedis et legato

2 Philippus apostolicæ sedis presbyter et legatus dixit: Gratias agimus sanctæ et
|| inseparabili || trinitati, quia || etsi tardius, tamen || nos humiles sancto uestro collegio 5
dignos fecit. dudum quidem sanctissimus et beatissimus papa noster Cælestinus
apostolicæ sedis episcopus de præsentī negotio per epistulas suas ad sanctum || et re-
uerentissimum || Alexandrinæ || ciuitatis || episcopum Cyrillum || decreuit ||, quas
litteras || non dubito innotuisse || sancto uestro || collegio ||; et nunc quoque pro firmitate
catholicæ fidei ad omnium uestrum reuerentiam per nos litteras destinauit, quas a 10
nobis oblatas || suscipi iubete et cum debito honore || sancto concilio || legi || et eccle-
siasticis inseri monumentis.

3 Arcadius et Proiectus episcopi et legati Romanorum ecclesiæ dixerunt: Iubeat
uestra beatitudo delatas uobis litteras || sanctissimi et || cum omni reuerentia nominandi
papæ Cælestini apostolicæ sedis episcopi relegi, ex quibus agnoscere poterit uestra 15
beatitudo quam habeat curam pro uniuersis ecclesiis.

4 Cyrillus episcopus Alexandriæ dixit: Suscepta epistula sanctissimi et per omnia
beatissimi sanctæ apostolicæ ecclesiæ Romanorum episcopi Cælestini cum competenti
honore relegatur sancto concilio.

5 Siricius notarius sanctæ catholicæ ecclesiæ urbis Romæ || Latine || legit. 20

6 Iuuenalis episcopus Hierosolimorum dixit: Lectæ sanctissimi et beatissimi
episcopi maximæ Romæ Cælestini litteræ pie et orthodoxe habentes gestis inserantur.

7 Omnes reuerentissimi episcopi petierunt interpretari epistulam et legi.

8 Philippus presbyter apostolicæ sedis et legatus dixit: Satisfactum est consuetudini
ut litteræ apostolicæ sedis in primis Latine legerentur; nunc uero similiter, quoniam 25
uestra || expetit || beatitudo ut etiam Græce legantur, necessarium est desiderio uestre
satisfieri sanctitatis. quod agere || curauimus || ut Latina || locutio || Græce trans-
feratur. iubete ergo suscipi et sanctis uestris auribus insinuari.

9 Arcadius et Proiectus reuerentissimi episcopi et || legati || dixerunt: Sicut iussit
uestra beatitudo, ut etiam ad omnium notitiam ueniant litteræ quæ delatæ sunt, quo- 30
niam plurimi sunt sanctorum fratrum et coepiscoporum nostrorum qui Latine nesciunt,
propterea etiam Græce delata epistula est translata, et, si iubetis, || relegatur ||.

10 Flavianus episcopus Philippensium dixit: Oblata interpretatio epistolæ suscepta
relegatur.

11 Petrus presbyter Alexandriæ et primicerius notariorum legit 35

EPISTVLA PAPÆ CÆLESTINI AD SYNODVM APVD EPHESVM CELEBRATAM

12 Cælestinus episcopus sanctæ synodo apud Ephesum congregatæ. Spiritus
sancti etc. *epistula edita est in Collectione Veronensi 7 [uol. 11 p. 22—24].*

C [= *um*], T [= *piq*], S [= *wr*]

1 considentibus *iqw^{corr}* his *om. T* exierunt *v* quesierunt *m* uenerunt *TS* 2 et
dei cultoribus *p om. iq* 3 romane *S romæ C om. TF* 5 adorabili *TF* etsi — tamen
om. TF uestro *om. i uiro m* concilio *S* 7 *scm* et *C scm p om. iq* scissimum et *S* 7/8 reue-
rentissimum uirum *TST* 8 ecclesiæ *TI* episcopum *om. p* decreuit *CF* decernere uisus est *TS*
9 non — innotuisse *om. TF* collegio *distinauit T cf. I* 11 suscipi — honore *CS* decenter *TI*
legi præcipite *TF* 14 sanctissimi et *om. T* 19 relegantur *Cp, corr. v* legatur *iq* 20 Latine
om. T 26 exigit *T* 27 curabimus *T* eloquentia *T* 29 et legati] et presbt
p om. iq sicut *om. iq scm m* 30 uenient *m* uenirent *v* 32 delatet *m, corr. m* delate *v*
relegitur *p* relegetur *iq* 37 constitutæ *S*

- 19 Omnes reuerentissimi episcopi dixerunt: Hoc iustum iudicium. Nouo Paulo Cælestino, nouo Paulo Cyrillo. Cælestino custodi fidei. Cælestino unanimi synodi. Cælestino gratias agit omne concilium. Vnus Cælestinus, unus Cyrillus; una fides synodi, una fides terrarum orbis.
- 20 Theodotus episcopus Ancyrae dixit: Iustam sancti concilii sententiam demon- 5
strauit omnium deus aduentu litterarum || optimi || dei cultoris episcopi Cælestini et
præsentia uestre beatitudinis. nam et zelum sanctissimi et beatissimi episcopi
Cælestini || demonstrastis || et studium circa piam fidem. quia uero etiam gesta
requisiuit rationabiliter agnoscere uestra || religiositas ||, ex ipsis gestorum monumentis
super deposito Nestorio satisfiet uestre reuerentiæ et de decreto iusto sancti concilii 10
et de zelo atque concordia fidei, quam etiam beatissimus et sanctissimus episcopus
Cælestinus maxima prædicat uoce, quippe post uestram satisfactionem etiam reliquis
|| quæ || nunc || acta sunt || adiciendis in monumentorum gestis.

EPISTVLA SCRIPTA A || SANCTA SYNODO || AD CLERVM ET POPVLVM CONSTANTINO-
POLITANVM DE DEPOSITIONE NESTORII

15

- 36 Sancta || et magna || et uniuersalis synodus gratia dei collecta in Ephesiorum
metropolim dei cultoribus et reuerentissimis conpresbyteris et condiaconibus et omni
clero ac populo sanctæ dei ecclesiæ Constantinopolitanæ in domino salutem. Venimus
ad nuntium nimis ingemescendum, primum quidem in hoc quod actum est, flentes,
ex necessitate uero et ne plurimi impietatis peste caperentur, ad abscidendum ægri- 20
tudinis huius auctorem. remotus enim est sacerdotio Nestorius, opus suæ impietatis
effectus, cuius || estis uos testes || ex præsumptis apud uos eius crebris allocutionibus,
augmentum quoque malorum est etiam quam hic protulit blasphemiam. nam
neque || denunciata sancta synodus || neque multitudo horum qui propter pietatem
congregati sunt, retinuit eum ab impetu, sed adiecit blasphemias crudeliores, || bimen- 25
strem || et lacte nutritum non pati || adorari || et eum qui fugit in Ægyptum, non
nominandum deum, ut ex hoc omnis quæ propter nos a saluatore facta est dispensatio
pæne fieret simplicioribus dubia. uestra autem orationis fiat opus intente ad deum
celebrandæ, ut dignus sede || et || magnæ ciuitatis inueniatur qui uobis sit futurus
episcopus. regia enim ciuitate pie gubernata, commune omnibus sanctis dei 30
ecclesiis lucrum erit.

Cyrillus episcopus Alexandriae || incolumes esse || uos in domino oro, dilectissimi
atque desiderantissimi

1—4 not beatum Cyrillum, quem impia ad Maris epistola hereticum adserit, qualiter sancta
laudet synodus. qui ergo illam recipit, ab hac condemnatur *w in mg.*

36 *Giræe extat in V 85 S 50*

C [= um], T [= piq], S [= wr]

1 epi reuerentissimi *C* 2/3 unanimis synodus *w^{corr}* 2 unanimi *Cw* 6 optimi *om. TS*
7 præsentie *C* 8 demonstrastis *vS* demonstrantis *m* demonstratis *T* 9 beatitudo *TS*
13 quæ *om. T* acta sunt *om. T*
14 scripta a [ad *w, corr. w*] scæ synodo *Cw* scripta a scō concilio *p* scæ synodi *r* scī concilii *iq*
ad clerum *om. v* et populum *om. r* 15 de — Nestorii *om. i* 16 magnaue *TS*
ephesorum *p* 17 metropoli *viqu^{corr}r* 21 auctoris *p* 22 testes uos estis *T* 23 quam —
protulit *om. m* blasphemia *iqu^{corr}* 24 denuntiatur scō concilio *T* denuntiusca synodus *w*
denuntiatus scæ synodi *w^{corr}* 25 sed *om. m* et *v* abiecit *Cir, corr. r* 25/26 duorum mensuum
[mensium *igr*] *TS* 26 adorandum *T* 27 omnes *S* 28 orationi *C* 29 et *om. T*
fit *m* fiat *v* 31 erat *S* 32 incolumes *om. T* esse *om. TC* oro] saluto *iq*

Philippus presbyter ecclesiæ apostolorum

Iuuenalis episcopus Hierosolymorum

Arcadius episcopus legatus

Proiectus episcopus legatus

Firmus episcopus Cæsariæ

5

Flauianus episcopus Philippensium

Memnon episcopus Ephesi

Theodotus episcopus Ancyrae

Berinianus episcopus Pergæ

Cum fuerint qui deposuerunt Nestorium ultra ducenti, suffecerunt nobis || istæ || 10
suscriptiones.

EPISTVLA SCRIPTA A CLERO CONSTANTINOPOLITANO AD SANCTVM CONCILIVM

37 1 Dei || optimis || cultoribus et sanctissimis patribus nostris congregatis secundum
præceptum piissimorum imperatorum ex orbe terrarum in Ephesena metropoli Cyrillo
Iuuenali Memnoni Flauiano Firmo Theodoto Acacio || Amphilochio || Eleusio Pal- 15
ladio Beriniano Iconio omni que reliquo sancto concilio a Dalmatio Tigrio Sampsonio
Maximiano Iohanne || Euandrio || Modestiano Adelphio Philotheo Eulogio || Basi-
lisco || Florentio et omni Constantinopolitano clero. Semper et a || iuuentute ||
in orthodoxo dogmate gloriantes sanctorum patrum || traditionem || conseruare
studium || ponimus ||. propter eam uero rursus a uestra sanctitate dudum ad 20
memoriam deducti ex his quæ deoamantissimus et sanctissimus archiepiscopus Cyrillus
2 scribere nobis dignatus est, gratias professi sumus saluatori Christo. aperte igitur
pro ipsa fide correctiones plurimæ atque magnæ manifestatæ sunt nobis, unde etiam
depositionem dudum præsentis nobis Nestorii eo quod adulterauerit apostolica
salubriaque et pia dogmata, factam a uestra beatitudine cognoscentes, memoratas 25
chartas a piissimis et Christo amabilibus nostris imperatoribus Theodosio et Valentiniano
tamquam missas a uobis, sanctissimi, suscepimus et coram sancta dei ecclesia con-
gregato omni populo legi mox fecimus. sciat igitur uestra sanctitas quia populus
consonans nobis factus est multisque fauoribus et in uestra sancta uniuersalique usus
est synodo et in triumphatoribus imperatoribus, qui sollicitudinem habuerunt deo 30
amabilis uestre congregationis. nos autem gauisi quæ præ manibus sunt, || rescrip-
simus || et rogamus ut oret quidem pro nobis sacratissima uestra || religiositas || et
curam habeat pro reliqua disciplina sanctae dei quæ apud nos est ecclesiæ. hoc
enim solummodo reliquum esse perspicit uestra magna recti dogmatis prouidentia,
ut omnia ad terminum perducantur domino Christo || placentia || et nulli alteri nisi 35
uestre sanctitati omnia quæ circa nos sunt, et piissimis atque Christoamantissimis
imperatoribus adscribantur.

37 *Græce extat in V 86 S 51 [= 110]*

C [= um], T [= pig], S [= wr]

| | | | |
|--|---|--|---|
| 1—9 <i>in fine add.</i> suscripsi <i>v</i> | 5 cesareæ <i>Ciq</i> cæsariciæ <i>S</i> | 8 theodorus <i>p</i> | 9 berinianus <i>v</i> |
| berenianus <i>mS</i> uerinianus <i>T</i> | 10 ducentos <i>w^{corr}</i> | istæ] supra scriptæ <i>T</i> | 11 scriptiones <i>C</i> |
| 12 scripta a <i>om.</i> <i>iq</i> | cleri constantinopolitani <i>iq</i> | 13 optimis <i>om.</i> <i>T</i> | 14 ephesina <i>igr</i> |
| 15 amphilocho <i>T</i> | 16 ueriniano <i>T</i> | trigio <i>v</i> arigio <i>m</i> | samphonio <i>m</i> samsanio <i>w</i> |
| salomo <i>i</i> | 17 euandro <i>TSG</i> | 17/18 balisco <i>T</i> | 18 et <i>in ex corr.</i> <i>w</i> |
| concilio clerus constantinopolitanus <i>m^{ms}</i> | iuenili ætate <i>T</i> | 19 orthodoxe <i>C</i> | traditiones <i>v</i> |
| traditum <i>T</i> | 20 festinauimus <i>T</i> | propter eam <i>S</i> propterea <i>CT</i> | 23 manifeste <i>iq</i> mani- |
| festæ <i>r</i> | 27/28 congregati <i>p</i> | 29 usus <i>iq</i> usa <i>v^pS</i> uersa <i>m</i> | 31/32 scripsimus <i>T</i> |
| 32 beatitudo <i>T</i> | 33 ecclesia <i>C</i> | 34 recta <i>m</i> | 35 placentia <i>v</i> placentem <i>mTS</i> , <i>cf. T</i> |

Dalmatius presbyter et archimandrita pater monasteriorum || orare || pro me rogo uestram sanctitatem.

38 1 Piissimis et deoamantissimis Theodosio et Valentiniano uictoribus triumphatoribus semper augustis sancta synodus quæ gratia || dei || et nutu uestræ potentiae congregata est in Ephesena metropoli. Vestra quidem potestas pietatem firmare uolens imperauit || sanctæ synodo || quæstionem de dogmatibus facere || studiosiorem ||, quam etiam fecimus et antiquam traditionem sanctorum apostolorum et euangelistarum sequentes et trecentorum decem et octo patrum congregatorum in Nicæam, quam etiam interpretantes concorditer et una sententia manifestam uestræ fecimus pietati in ipsis monumentis quæ gesta sunt, in quibus || et || Nestorium diuersa sapientem aperte 10 conperientes damnauimus. nam neque || in || Ephesiorum metropoli suum celauit sensum, ut probationibus aliis egeremus, sed clamabat per singulos dies quæ aliena sunt fidei prædicans apud plurimos dogmata, et singula particulatim in gestis monu- 2 mentorum || fecimus manifesta || uestræ pietati. sed quoniam amicitias Nestorii pietati præponens magnificentissimus comes Candidianus || auditui || uestræ pietatis 15 subripere festinauit, antequam cognosceret suptiliter quæ gesta sunt, uestra potentia, antequam susciperetis monumenta, antequam cognosceretis quæ facta sunt, || studuit || || ipse || sibi placita et || quæ donaret || Nestorio, suggerere uestræ pietati, antequam cognosceret uestra potentia quod uerum est, ex lectione gestorum, in quibus ostendimur nullum contra Nestorium odium exercentes, sed ipsa exponentes dogmata pietatis, 20 quibus comparantes quæ a Nestorio prædicata sunt, habentia || [in]conuictionem || ex litteris Nestorii et epistulis et in publico factis sermonibus, sententiam protulimus, sancto euangelio in medio constituto et demonstrante nobis præsentem dominum omnium Christum; supplicamus igitur uestræ potentiae ut nullum suscipere dignemini 3 præponentium || hominis || amicitias pietati. nam talem sentientes affectum deo 25 amabilis episcopi Iohannis Antiocheni tamquam uolentis amicitiae præstare magis quam quod utile est fidei, considerare, ex quibus neque uestræ potentiae minas timens neque zelo motus olim traditæ fidei sanctam distulit synodum per uiginti et unum || diem || post datas indutias a uestra potentia, coacti sumus omnes sancti concilii orthodoxi et solam amantes fidem quærere quæ de pietate sunt, hoc passum et deo 30 amabilem episcopum Iohannem || arbitantes || quod ostenditur passus et magnificentissimus comes Candidianus. non enim omnium est hominum amicitias præponere pietatem. erat igitur || de || deo amabili episcopo Iohanne suspicio nostra

15. 16 not̃ [notitia *w*] candidianum [candidianus *w*] comitem amicitias nestorii pietati [pietas *w*] præposuisse *w^{ms}*

26. 27 not̃ iohannem antiochenum amicitiae præstare uoluisse magis quam fidei utilitatem considerare *w^{ms}*

38 *Græce extat in V 84 S 53*

C [= *um*], *T* [= *piq*], *S* [= *wr*]

1 orate *TS*

inscr. epistola uniuersalis concilii ad augustos *iq* 4 dei *C* $\overline{xpi}$ *T* dei $\overline{xpi}$ *S* et —
 potentiae *om.* *C* 5 ephesina *igr* 6 $\overline{sca}$ synodus *m* $\overline{sca}$ synodus *v* $\overline{sca}$ synodi *v^{corr}* sancto
 concilio *T* suptiliorem *T* 8 nicea *viqu^{corr}* 9 interp *m* intempore *v* unam senten-
 tiam *C* 10 et *om.* *TS* 11 in *om.* *T* 14 manifesta fecimus *TS* quoniam *om.* *iq* 15 auditum *T*
 16 subrepere *T* 17 suscepitis *w* susciperet *r* et studuit *T* 18 ipsa *p* *om.* *iq* quæ
 donaret] grata *T* 21 conuictionem *scripsi* inconuictionem *Cw^{msr}* inconuentionem *w* increpationem
 [increpatione *p*] *T* 25 hominum *TS* 29 diem *Ciq* dies *pS* consilii *C*, *corr.* *v*
 31 iohannem $\overline{epm}$ *C* arbitrans *m* arbitrati [arbitrari *i*] *TS* 33 in *TS*

non inanis nec uana; ueniens enim manifestum || semet || ipsum fecit sancto concilio
quia quæ Nestorii sunt, sapit siue amicitiae donans siue communicans errori dogmatis
4 illius. sed quoniam aperte quæ gesta sunt, innotescere uestræ potentiae prohibemur,
sicut diximus, magnificentissimo comite Candidiano nos quidem prohibente insinuare
|| quæ secundum piam rationem || gesta sunt, omne uero studium conferente Nestorio, 5
supplicamus uestræ potentiae ad cognoscendum secundum deum studium sancti
concilii euocari magnificentissimum Candidianum et quinque de sancto concilio pro-
baturus coram uestra pietate quæ gesta sunt. callidi namque sunt qui alia præter
piam fidem sapiunt, ad obumbrandum errorem, ita ut quidam sanctissimorum episco-
porum celato quidem errore a Nestorio caperentur et adicerentur ei et his quæ ab eo 10
sunt gesta, suscriberent; qui cum aperte interrogantes cum inuenissent reuelantem
suas blasphemias, recedentes ab illo, sanctum concilium adierunt ipsam blasphemiam
eius manifestam facientes et nobiscum memoratum Nestorium condemnantes, || ita ||
ut remanerent apud Nestorium et reuerentissimum episcopum Iohannem Antiochiæ
triginta et septem plus minus, quorum plurimi rei consistentes causis et sententiam 15
metuentes sancti concilii, sicuti diximus, sunt adiecti Nestorio, quorum etiam uocabula
|| direximus || uestræ potentiae. || quorum || alii quidem sunt in dogmatum prauita-
tate tamquam Pelagiani existentes et contraria pietati sapientes, alii uero damnati
iam ante plurimos annos, alii quoque qui in aliis accusationibus malignis deberent post
probationem multam suscipere a sancto concilio habente omnes totius orbis sanctissi- 20
mos episcopos unum idemque sapientes, eo quod et maximæ Romæ una sit præsens
concilio et qui de Africa sunt, per dei cultorem et archiepiscopum Cyrillum, cui etiam
suam uoluntatem unientes, segregati solummodo loco, et eius et omnium nostrorum
sententiæ consenserunt. neque enim || consensisset || aliquis Nestorio et reueren-
tissimo episcopo Iohanni deoamantissimorum || episcoporum ||, nisi et ipse callidus 25
existeret sub schemate sermonum celare suam impietatem et qui nunc cum eo sunt,
5 || timerent || a sancto concilio futuram super se decerni multam. nos autem || pro-
hibiti || rescribere uestræ potentiae latitudinem horum quæ passi sumus a magnificen-
tissimo comite Irenæo, breuiter non potuimus, qui omnem sanctam synodum con-
turbauit et terrorem inposuit sanctissimis episcopis per tumultus quosdam extraneasque 30
concursiones, ut etiam plurimi nostrorum circa ipsam periculum paterentur uitam.
sed etiam particulariter edocebimus uestram serenitatem, si nobis quod || poscimus ||,
præbeatur a uestra pietate et uenientes quinque a sancto concilio quæ per singula
disposita sunt, uestram potentiam doceant. et || nos quidem qui congregati sumus ||
regulareque || protulimus || contra hæreticum Nestorium decretum damnationis, sumus 35
ultra ducenti, ex omni || orbe terrarum || collecti, nobiscum pariter decernente etiam

2. 3 not iohannem quæ nestorii sunt sapuisse *w^{ms}*

C [= vm], T [= piq], S [= wr]

| | | | | |
|---------------------------------------|-----------------------------------|--|--|---------------------------|
| 1 uacua <i>Cr</i> | se <i>pq</i> se et <i>i</i> | 2 dolens <i>C</i> | erroris <i>pq</i> | 4 prohibemur <i>p</i> |
| 5 secundum — rationem quæ <i>T</i> | conferentes <i>C</i> | 7 magnificentissimum comitem <i>iq</i> | 8 quia <i>p</i> | |
| 12 scō concilio <i>C</i> | 13 et — condemnantes <i>om. S</i> | ita <i>om. TS</i> | 16 sicut <i>C</i> | nestorii <i>w</i> |
| 17 diximus <i>T</i> | quorum <i>om. TS</i> | 21 unum <i>v</i> | præsens auctoritas <i>w^{ms}</i> | 22 concilium <i>v</i> |
| et ² <i>eras. v om. iq</i> | cum <i>S</i> | 23 uenientes <i>mqw, corr. w</i> | segregati <i>iq</i> | segregato <i>CpS</i> |
| nostrum <i>vq nre i</i> | 24 subuenit <i>TS</i> | 25 iohanne <i>pr, corr. r</i> | deoamantissimorum <i>om. w</i> | |
| episcoporum <i>om. T</i> | 27 timuerunt <i>TS</i> | futurum <i>C</i> | decernit multum <i>m</i> | decerni tumultum <i>r</i> |
| multam decerni <i>iq</i> | 27/28 detenti <i>p om. iq</i> | 28 sunt <i>mp</i> | et a <i>C, corr. v</i> | 31 ipsum <i>C</i> |
| 32 poposcimus <i>T</i> | 33 et] ut <i>iq</i> | 34 et] ut <i>p</i> | congregati quidem <i>T</i> | 35 regula- |
| remque <i>p</i> regulare <i>v</i> | proferentes <i>T</i> | et sumus <i>v</i> | 36 terrarum orbe <i>T</i> | |

omni Occidente; suscripsimus autem pauci huic relationi, præsentibus uniuersis atque consentientibus, eo quod præcipue festinaret deuotissimus magistrius Palladius et non sustineret moram suscriptionis uniuersorum.

Deus, qui super omnes est, imperium uestrum multis annorum curriculis conseruet, piissimi uictores semper augusti. deus, qui super omnes est, imperium uestrum multis annorum curriculis conseruet, piissimi uictores semper augusti. deus, qui super omnes est, imperium uestrum multis annorum curriculis conseruet, piissimi uictores semper augusti.

Flauianus episcopus Philippensium suscripsi.

Et sunt nomina eorum contra quos scriptum est, ita

10

| | |
|----------------------------|----------------|
| Ā Iohannes Antiochiæ Syriæ | |
| Ḃ Macarius | Γ Iulianus |
| Δ Alexander | Ε Diogenes |
| ς Apringius | Ζ Placon |
| Η Alexander | Θ Theodorus |
| Ι Hiliadis | ΙΑ Melitius |
| ΙΒ Iohannes | ΙΓ Paulus |
| ΙΔ Museus | ΙΕ Marcellinus |
| Ις Helladius | ΙΖ Maximinus |
| ΙΗ Helladius | ΙΘ Dexianus |
| Κ Gerontius | ΚΑ Asterius |
| ΚΒ Antiochus | ΚΓ Dorotheus |
| ΚΔ Iacobus | ΚΕ Zebinas |
| Κς Petrus | ΚΖ Fritilas |
| ΚΗ Imerius | ΚΘ Theosebius |
| Λ Eutharius | ΛΑ Anastasius |
| ΛΒ Tranquillus | ΛΓ Basilius |

15

20

25

Isti soli communicatores impiorum dogmatum Nestorii circumeuntes per ciuitatem turbas et || seditiones || mouent ordinationes promittentes, ita ut omnes qui in ciuitate orthodoxi sunt, et ex hoc timoris suspicionem habentes, eos ab illicito conamine prohiberent.

d. 1. m. Iul. Dat̄ Kal. Iulias ΕΠΙΦ Ζ ΙΝΔ ΙΕ
a. 431

C [= um], T [= piq], S [= wr]

2 palladius magistrius iq 5—8 deus — augusti om. iqS 5 omnia C 6 deus — 8 om. m
9 scripsi C 10 ista iq om. r 11 nomina duplici serie scripta sunt in m, ita tamen ut [Γ] Iulianus in fine seriei prioris ponatur; secundum numerorum ordinem continuo scripta sunt in S, ubi solum numeri Græci appositi sunt; item continuo scripta sunt, sed ita ut series prior alteri antecedit, in vT Ε diogenis mφw ς apringius i aringius C Ζ] placun S plagon i Plagon q
Θ] theodritus w Ι] hiliadis m hyladies v helladis p hellades i Elladies q hilidiacis S ΙΗ alter Helladius T ΚΕ] zebinas mS zebilas v zeuenas T ΛΒ] tranquillus S stranguillus T
29 seditionem T 30 et om. iq habent p 32 om. iq data mφ datum S ΕΠΙΦ — ΙΕ p
epiphii [ephesii r] septima [vii v] CS ind xv C om. S

LIBELLI OBLATI SANCTO CONCILIO A SANCTISSIMIS EPISCOPIS CYRILLO ALEXANDRIÆ
ET MEMNONE EPHESIORVM

39 1 Post consulatum dominorum nostrorum Flauii Theodosii XIII et Flauii Valentiniani III $\overline{\text{pp}}$ augustorum xvii Kal. Aug.

d. 16. m. Iul.

congregata synodo in metropolim Ephesi per sanctionem || deoamantissimorum 5 a. 43¹
et amantium Christum imperatorum et || residentibus in || sanctissima || ecclesia quæ
uocatur Maria, uiris || deoamantissimis et dei optimis cultoribus episcopo || Cyrillo
|| Alexandriæ, || obtinente etiam locum || beatissimi et sacratissimi || Romanæ ecclesiæ
Cælestini archiepiscopi, || et Arcadio episcopo et legato Romanorum sedis et Proiecto
episcopo et legato Romanorum sedis et Philippo presbytero et legato Romanorum 10
sedis et Iuuenali Hierosolimorum et Memnone Ephesiorum et Flauiano Philippensium,
optinente etiam locum reuerentissimi episcopi Thessalonicensium Rufi, et omnium
episcoporum qui præordinati sunt in textu gestorum ||

2 Hesychius || diaconus || dixit: Per omnia sanctissimus || et sacratissimus ||
archiepiscopus Alexandriæ sanctæ ecclesiæ Cyrillus et sanctissimus || et deocolentissi- 15
mus episcopus Ephesenorum || Memnon libellos obtulerunt sanctissimæ et uniuersali
synodo quæ decreto || <deo>amantissimorum et amantium Christum imperatorum
nostrorum || in hac metropoli || Ephesia || congregata est, quos præ manibus
habentes, si iusserit sanctitas uestra, || relegemus. ||

3 Iuuenalis episcopus Hierosolymitanus dixit: Relegatur oblatus libellus a 20
sanctissimis episcopis Cyrillo Alexandriæ et Memnone Ephesiorum et inserantur gestis.
Hesychius diaconus legit

4 Sanctæ synodo quæ per gratiam dei et decretum || deoamantissimorum et
Christoamantium || principum congregata est in hac Ephesi metropoli, Cyrillus
|| episcopus Alexandrinus || et Memnon episcopus eiusdem Ephesi. Pia sanctio 25
deoamantissimorum || imperatorum || in hac Ephesi metropoli et nos et uestram
sanctitatem conuenire iussit, quatenus || rectæ et apostolicæ fidei || definitio communi
sententia confirmaretur et examinaretur nouiter || adinuenta || hæresis a Nestorio.
sed uestrum || quidem || sanctum concilium recte et regulariter || omnia faciens ||
conuenit || quidem || in hanc sanctam ecclesiam huius metropolis, uocauit autem præ- 30
dictum Nestorium ut ingrederetur ad concilium et satisfaceret de his quæ in exposi-

39 *Græce extant in V 87—90. 92 S 54—60 A 37—39; eadem uersio, sed hic illic correctæ extat in Coll. Veron. 20. 21*

C [= *um*], T [= *piq*]

3 *inscr.* incipit actio tertia *v* actio quarta *m* post consulatu *p* 4 tercio decimo *p*
augustus *p* augusti *i* 5 synodus *p* metropoli *iq* [= *US*] 5/6 deoamantissimorum --
et² a deo custoditorum principum T [= *US*] 6 *sca* T [= *US*] 7 reuerentissimis et deo-
amantissimis epis T [= *US*] 8 alexandrino T [= *US*] scissimi et beatissimi T [= *US*]
romæ C 9—13 et Arcadio — gestorum *om.* T [= *U*, cf. S] 9 et³ *om.* *v* 10 et *ter*
om. *v* 11 et¹ et et² *om.* *v* ierosolimorum sedis *m* 12/13 omnium episcoporum C
[cf. S, *genetius ex I retentus*] 14 eusichius *v* diaconus *om.* T *eps* *m* et sacra-
tissimus *om.* T [= *US*] 15/16 et² — episcopus *om.* T [= *US*] ephesi T [= *US*]
17 amantissimorum *v* amantissimo *m* amabilius deo T [= *US*] 17 et — imperatorum] prin-
cipum T [= *US*] 18 nostrorum *om.* *m* T [= *US*] metropolim C epheso *p* [= *US*]
om. *iq* 19 prælegimus *p* legemus *iq* 20 legantur oblatus libelli *iq* 21 alexandrino T
[= *US*] 22 eusichius *v* 23/24 a deo amatorum et xpm amantium T [= *US*] 25 alexan-
drinus eps T 26 principum T [= *US*] 27 recta et apostolica T [= *US*] fidei *om.* T
[= *US*] diffinitione C 28 assumpta T [cf. *US*] 29 quidem *m* siquidem *v* *om.* T
[= *US*] concilium sem *v* faciens omne T 30 quidem *om.* T [= *US*]

tionibus blasphemauit et in propriis epistulis impias et erroneas uoces emisit contra
 omnium nostrum saluatorem Christum; tertio autem uocatum || eum || et nolentem
 occurrere ob hoc quod eum mala conscientia percellebat, leges ecclesiasticas sequens
 sancta synodus eum damnationi subiecit, omnibus de eo subtiliter examinatis || et ||
 cum ei[s] satisfactum fuisset quod || et hic || hæreticus || et || blasphemus esset. his 5
 ita gestis et relatis ad notitiam piissimorum || et decentissimorum imperatorum ||,
 tandem aliquando Ephesum et quando uoluit, ueniens Antiochenus Iohannes, con-
 gregatis quibusdam, sicut didicimus, eorum qui || ea quæ sunt Nestorii ||, sapiunt, ex
 quibus quidam || quidem || olim sunt condemnati, alii autem nec ciuitates habentes,
 || sed || sunt nomine tantum episcopi, tamquam indigne ferens quia glorificatus est 10
 Christus iustam damnationem perferente eo qui in eum blasphemauerat, nescimus
 quemammodum, si tamen omnino uerus rumor est, omnem legem conculcans eccle-
 siasticam et iniurians omnem consequentiam, impiam et non legitimam construxit
 chartam, putans nos damnationis nomine posse percelli, contumeliis intolerabilibus
 adfecit, || et certe || dum hæc quæ Nestorium damnauerat synodus plus ducentis || 15
 numero sanctos episcopos habuerit ||, illo autem congregante hæreticos || et alios
 accusatos || triginta fere numero, et neque ex constitutis ecclesiasticis neque ex
 sanctionibus imperialibus habens potestatem aut iudicare || cuiquam || nostrum aut
 omnino aliquid tale temptare, maxime contra maiorem sedem, dum utique || uel ||
 si eum liceret iudicare, conuenerat regulas sequi ecclesiasticas et ammonere nos, 20
 qui contumeliis affecti sumus cum hac uniuersa || uestra || synodo, uocare ad
 satisfactionem. nunc autem horum nihil excogitans neque timorem dei in animo
 habens, eadem hora qua Ephesum ingressus est, occulte et nullo nostrorum omnino
 sciente || quod præsumebatur ||, suum delusit caput, ne dicamus ecclesiasticas leges,
 et sententia condemnationis iniuriat || eos || qui || nesciunt || usque ad hodiernum 25
 diem uel qualem habuit ad hanc rem occasionem. quoniam igitur consequens est
 non sic || calcari || ecclesiasticas leges nec inaniter contra potiores insurgi aut talia
 occulte præsumi quæ non || faceret || contra aliquem unum ultimum ecclesiæ gradum
 tenentem et sub potestate eius constitutum, hic autem est ipse cum illis qui hoc cum
 eo egerunt, necessario offerimus uestræ reuerentiæ istos libellos, adiurantes uos per 30
 sanctam et consubstantialem trinitatem euocare et ipsum Iohannem et qui cum eo
 facinus operati sunt, ut uenientes ad sanctam synodum satisfaciant de sua præ-
 sumptione. parati enim sumus docere eum iniustum et non legitimum contra nos
 iniuriæ facinus admisisse.

Acacius episcopus Melitenensis dixit: Ex abundanti || quidem est || de accusatis 35
 suspicio, siue et ipsa uera sit, et || superflua || petitio || sanctissimorum et deoaman-

C [= *vm*], *T* [= *piq*]

1 emittens *iq* 2 eum *om. T* [= *US*] 3 percelabat *p* 4 et *om. T* [= *US*] 5 ei *US* eis *CT*
 et hic [hec *m*] *C om. T* [= *US*] et *om. T* [= *US*] 6 et decentissimorum *om. T* [= *US*]
 principum *T* [= *US*] 8 ea — Nestorii secundum nestorium *T* [= *US*] e *v* et *m* 9 qui-
 dem *om. T* [= *US*] 10 sed *C* [= *US*] et *T* ferentes *p* 12/13 et ecclesiasticam *p*
 14 putansque *iq* 15 et certe *om. T* [= *US*] ducentos *p* 16 habuerit numero episcopos *T*
 16/17 et alios accusatos [accusantes *v*] *C* alios et incusatos *T* [= *US*] 18 cuiquam *m* quem-
 quam *vig* cuidam *p* [= *US*] 19 uel et *T* [= *US*] 20 ammonere *om. iq* 21 uestra *m*
 sca [om. *iq*] nostra *T* [= *US*] *om. v* 22 animum *C* 23 nullus *C* nostrum *iq* [= *US*]
 24 quæ: præsumebantur *T* [= *US*] dicamus et *p* 25 nos *T* [= *US*] nescimus *T* [= *US*]
 27 calcare *T* 28 fierent *T* [= *US*] 29 est — illis] sunt illi *iq* 30 gerunt *C* 33 docere *in*
 dicere *corr. p* convincere *iq* 34 amisisse *mp* 35 melitensis *Cp* militensis *iq* est quidem *mT* [= *US*]
 36 siue] *ei te pro ei ye* superabundans *T* [= *US*] 36/p. 101, 1 scorum et deo amabilem *T* [= *US*]

tissimorum || episcoporum Cyrilli || Alexandriae || et Memnonis || Ephesenae ||. neque enim possibile erat || ut || qui se ipsos a sancta synodo subtraxerunt et adiecerunt se eis qui malae sectae Nestorii sunt coniuncti et sub crimine tanto et tali facti, praesumere contra priores uniuersalis huius sanctae synodi aliquid agere, nullam omnino habentes auctoritatem. quoniam autem placuit uestrae sanctitati et pro his eos ad iudicium 5 trahi, ammonitus per reuerentissimos episcopos Archelaum || et || Paulum et Petrum princeps huius discessionis Antiochenus episcopus Iohannes de quibus || accusatur ||, satisfaciat qua ratione talia praesumpsit.

6 Et cum perrexissent Archelaus episcopus Myndi Cariae prouinciae et Paulus episcopus Lampae Cretae || insulae et || Petrus episcopus Parembolon Palaestinae et 10 reuersi fuissent, Firmus episcopus || Caesariae Cappadociae || dixit: Doceant reuerentissimi episcopi qui mandatum ministrare ad reuerentissimum episcopum Iohannem deputati sunt, quod ab eo responsum acceperunt.

7 Paulus episcopus Lampae dixit: Missi a uestra sancta synodo ad reuerentissimum episcopum Iohannem Antiochenum, proximi facti || ad domum || eius uidimus multi- 15 tudinem militum et alios quosdam || arma || gladiosque portantes, qui non concedebant nobis ianuam propinquare; uix autem uicini sumus facti et cum multa a nobis dicta essent quia pacifici sumus, numquid multitudo sumus? tres directi sumus, suscipite nos, sancta synodus misit nos ferentes uerba pacifica causa canonicae rei ad reuerentissimum episcopum Iohannem, multis autem nos circumstantibus, agnoscens causam 20 pro qua directi sumus, non nos suscepit, multa autem a pluribus dicta sunt, inter quae et blasphema erant contra sanctam synodum et contra orthodoxam fidem, quae subtiliter exequi propter turbam ibi factam non possumus.

8 Archelaus episcopus Myndi dixit: Grandem tumultum et periculum prope pertulimus, cum aduenissemus ad domum reuerentissimi episcopi Iohannis, militibus 25 gladios denudentibus et fustes tenentibus et interminantibus nobis et multitudine alia circumstante. et cum multos rogaremus ut nuntiaremur, || nescio || pro qua causa, non sumus suscepti.

9 Petrus episcopus Parembolon dixit: Cum aduenissem et ego cum reuerentissimis episcopis ad domum reuerentissimi || Iohannis ||, multis militibus arma portantibus 30 et nudantibus et circumdantibus || nos || et aliis pluribus, qui cum eis erant, ibi tumultum facientibus et interminantibus nobis et blasphema uerba dicentibus contra orthodoxam fidem et contra sanctam et deo amabilem synodum uestram, rogantes nuntiari et a sancta synodo dicta nobis uerba reuerentissimo Iohanni episcopo || deferre ||, non sumus suscepti, agnoscente, sicut arbitramur, || eodem || reuerentissimo Iohanne 35 episcopo causam pro qua missi || fuimus ||. aderant enim quidam clericorum eius, quibus diximus quia a sancta synodo missi fuisset, nullus autem nos suscipi permisit.

C [= um], T [= pig]

1 alexandrini T [= US] ephesii iq [= US] ephesi p 2 ut om. T [= US] sco C
3 secta v facta m praesumere corrigere praetermisit Rusticus 5 pro his] poscitis iq 6 et¹
om. T [= US] 7 incusatur T [= US] 9/10 et Paulus — Palaestinae om. q 10 prouinciae T
[= US] et¹ om. p [= US] parenbulon C et² dum p [= US] 11 Caesariae
Cappadociae om. T [= US] 15 domui T 16 armatis p armatos iq 20/21 agnoscens —
pluribus om. C 22 blasphema erant T blasphemarent C sanctam om. C 27 multum iq
ut] et C nuntiaremus Cq nescimus T [= US] 29 parenbulon C 30 epi iohannis T [= US]
31 nos om. T 34 indicta iq dicere T [= US] 35 eodem om. T [= US] 35/36 iohanne
reuerentissimo epo m 36 fuisset T [= US] 37 suscipere p 38 permisit om. p

- 10 Cyrillus episcopus Alexandriae dixit: Peruidet || uestra sancta || synodus quia ego quidem et reuerentissimus || et deo amicissimus coepiscopus || Memnon hic sumus puram habentes conscientiam et opinionem nostram parati defendere, sed, ut uidetur, una meditatio est tam hæretico Nestorio quam defendenti eius iniqua dogmata Iohanni || episcopo || Antiocheno contra sanctae ecclesiae superbire leges || et || dum || uocarentur 5 ad satisfaciendum || pro delictis suis, armis suas || iusserunt circumdare || domos et inadibiles eas ostenderunt regulariter uocantibus ad satisfactionem eorum || de || quibus || pulsantur ||. quoniam || igitur || prædictus reuerentissimus Iohannes metuens suum delictum uarias occasiones dilationis sibimet adinuenit, sicut est uidere ex his quæ docuerunt reuerentissimi episcopi, magis autem, sicut dixi, inadibilem 10 transmissis a sancta synodo domum suam præparans, apparet || contra || se ipsum || decernens || et proprias præsumptiones accusans per ea quæ formidat et metuit uenire ad hoc sanctum magnumque concilium. dignetur igitur uestra sanctitas, || in- subreptibilem || habens || auditum || et naturam rei considerans, ea || quidem || quæ contra nos ab illis iniuste præsumpta sunt, legitimis exterminare sententiis, || definire 15 uero || quæ || placuerint || contra eum qui talem nobis iniuriam inferre præsumpsit.
- 11 Iuuenalis episcopus || Hierusolymorum || dixit: Oportebat quidem Iohannem reuerentissimum episcopum Antiochiæ cogitantem sanctam et magnam et uniuersalem hanc synodum confestim ad satisfactionem inlatorum sibi concurrere et || sedem apostolicam ||, quæ nobis considet, magnæ Romæ et apostolicæ Hierusolymitanæ 20 sanctae ecclesiae || dei || obœdire et honorem || deferre ||, apud quam maxime sedem || Antiochenæ || mos est ex apostolica consequentia et traditione || regi || et apud eam iudicari. quoniam autem consueta superbia usus suam domum armis circumdedit per milites et per priuatos, sicut deponentes || religiosissimi || episcopi qui || sunt || a sancta synodo directi, nobis insinuauerunt, canones nos sequentes et rectitudinem 25 || seruantes ||, iterum in secundis eum ammonere definimus. euntes igitur alii reuerentissimi episcopi cum eadem priore modestia ammoneant eum aduenire ad sanctam || hanc || synodum et respondere inlatis ei.
- 12 Et cum issent Timotheus episcopus Permessi et Eudociadis et Eustathius episcopus Docimii et Eudoxius episcopus Chomatis et reuersi fuissent, Eudoxius episcopus 30 Chomatis prouinciæ Lyciæ dixit: Secundum iussionem uestræ || religiositatis || cum aduenissemus ad domum reuerentissimi episcopi Iohannis Antiochiæ, inuenimus || et || milites circa domum eius cum gladiis nudis et clericos aliquos. rogauimus autem clericos, dicentes: missi sumus a sancta synodo nuntiare quædam uerba || reuerentissimo || episcopo Iohanni, et dignamini nuntiare nos. illi autem intrantes et ista 35

C [= *um*], *T* [= *pig*]

1 *sc̄a ur̄a* *T* 2 et — amicissimus *om.* *T* [= *US*] *ēps* *T* 4 defendentes *m* defendentibus *v*
 4/5 iohannes *ēps* antiochenus *C* iohanni antiocheno *T* [= *US*] 5 et | qui *T* [= *US*] uocaretur *v*
 uocetur *m* uocati essent *T* [= *US*] 6 ut satisfacerent *T* [= *US*] circumdederant *T* [*cf.* *US*]
 7 ostendunt *m* ostendunt eum *v* de *om.* *T* [= *US*] 8 obnoxii sunt *T* [= *US*] autem *T*
 [= *US*] 9 et [*om.* *m*] dilatationes *C* 11 contra *om.* *T* [= *US*] 12 condemnans *T* [= *US*]
 13/14 insubreptibiles *T* [= *US*] 14 auditus *T* quidem *om.* *T* [= *US*] 15 *p̄sumpte* *C*
 15/16 definire uero | et definire *T* [= *US*] 16 uidetur *T* [= *US*] 17 ierusalimorum *m* iero-
 solimitanus *v* [= *US*] hierusolymitarum *T* 19/20 sedem — Romæ | *cf.* *T* 19/20 sedi apostolicæ *T*
 [= *US*] 21 dei *om.* *T* [= *US*] defendere *T* 22 antiochenam *T* [= *US*] regis *C*
 regimen agi [et agi *iq*] *T* cum *C* 24 reuerentissimi *T* [= *US*] qui *om.* *iq* sunt
om. *T* [= *US*] 26 conseruantes *T* [= *US*] 28 hanc *om.* *T* [= *US*] 29 permesi
 [= *US*, est *uitium codicum Græcorum pro* Τερμησσοῦ] 30 docimi *T* [= *US*] thomatis
 dominatis *m* 31 reuerentiae *T* [= *US*] 32 et *om.* *T* [= *US*] 34/35 reuerentissimo *om.*

nuntiantes cum reuersi fuissent, dederunt nobis responsum, dicentes quia dixit episcopus Iohannes: nos hominibus a nobis depositis et excommunicatis responsum nullum facimus. cum autem interrogassemus a quibus depositi essemus et excommunicati facti sumus, dixerunt nobis: ab episcopo Antiocheno Iohanne. cum autem persisteremus || subtilius || agnoscere, dixerunt illi quia || et || præsentibus 5 tabulariis dicere hæc non recusamus.

13 Timotheus episcopus Permessi et Eudociadis dixit: Sicut iussit religiositas uestra, adfuimus ad domum || reuerentissimi || episcopi Iohannis et cum inuenissemus ante ianuas clericos stantes, nuntiauimus deprecantes suscipi et || in faciem || dicere quæ nobis fuerant demandata. intrantes autem illi hoc nobis responsum dederunt quia nos 10 excommunicatis et depositis responsum nullum damus; non laborent uocantes nos assidue.

14 Eustathius episcopus Docimii dixit: Secundum iussionem uestræ sanctitatis cum aduenissemus in domum in qua manet reuerentissimus episcopus Iohannes Antiochenus, et ibidem || inuentos clericos ammonuimus || nuntiari quia oporteret nos 15 colloqui || eidem || uenerabili episcopo Iohanni et dicere quæ ab hac sancta synodo per nos mandata sunt ei. hi autem cum intrassent et reuersi fuissent ad nos, dixerunt quia nos et deposuimus et excommunicatos || eos || fecimus, et ne laborent uocantes nos. temptauimus autem agnoscere nomina eorum qui ingressi sunt nuntiare, et dicere noluerunt, dicentes: clerici sumus et non tabularii. 20

15 Cyrillus episcopus Alexandriæ dixit: Dominus noster Iesus Christus, qui et nunc sanctæ synodo præsto est, rerum naturas manifestas nobis constituit, dicens quia omnis qui praua agit, odit lucem et non uenit ad || lucem ||, ne Ioh. 3, 20 arguantur opera eius. hæc passum et nunc reuerentissimum Iohannem Antiochenum uestra omnino sanctitas et sapientia uidet. si enim sibi conscius 25 esset aliquid egisse contra nos || canonicum aut || deo || placitum ||, quomodo non eum oportuerat uenire alacriter ad hanc sanctam et uniuersalem synodum, ut per sententiam uestram || supersignatum || eius conamen || amplius || aduersum nos firmaretur, si || quidem actum || secundum ecclesiasticas leges || esset ||? quoniam autem timet sinceritatem huius sanctæ et magnæ synodi et scit impie et contra leges se 30 nos iniuriis affecisse, recusat uenire, ne || congruentissimam || || suæ temeritati || patiatur pœnam et indignationem. celat enim quæ commisit, et erubescit uobis iudicantibus suam iniustitiam publicare. unde || quæsumus || pronuntiare sanctam hanc synodum ex hoc iam nullam || quidem || firmitatem || ea quæ || ab illo præsumpta || sunt || contra nos, habere, uocatum autem || et || denuo pro his quæ iniuste commisit, 35 legitimam et || iustissimam || sententiam uestram et || ex canonibus sustinere ||.

C [= *vm*], *T* [= *piq*]

1 istud responsum *v* 5 subtiliter *T* [= *US*] et *om.* *T* [= *US*] 7 permesi *iq* [= *US*]
 permisi *p*, *cf.* *p.* 102, 29 8 religiosissimi *T* [= *US*] 9 dedepcantes *C* coram *T*
[cf. US] 13 docimi *T* [= *S*] 14 in^a *om.* *C* episcopus *om.* *C* 15 et *om.* *iq*
 inuentis clericis *T* [= *US*] monuimus *T* 16 eidem *om.* *T* [= *US*] 17 per nos *om.* *v*
 18 nos et] et nos *v* deposuimus eos *iq* eos *om.* *T* [= *US*] 22 *scō m sca p*
 23 lumen *T* [= *US*] 26 canonicæ *T* [= *US*] et *T* [= *US*] placite *T* 27 ut *T*
 et *C* [*cf. US*] 28 adsignatum *T* [= *US*] maxime *T* [= *US*] aduersus *C* 29 quidem
 actum] quæ acta sunt *T* [= *US*] acta essent *T* [= *US*] 30 autem *om.* *C* 31 con-
 grua *T* suæ temeritati [temeritatis *v*] *Cq* sua temeritate *pi* 33 petimus *T* [= *US*]
 34 quidem *om.* *T* [= *US*] ea quæ *om.* *T* [= *US*] præsumptam *p* 35 sunt *om.* *T* [= *US*]
 uocatus *iq* et *om.* *T* [= *US*] 36 iustissimam et legitimam *v* iustam *T* [= *US*]
 canonum *T* [= *US*] sustinuit *p* sustineat *iq*

16 Memnon episcopus || Ephesi || dixit: Inregularis sententia || reuerentissimi ||
episcopi Iohannis Antiocheni et eorum qui simul cum eo, facile numerabiles, sunt, in
quibus || iuueniliter || et contra leges ecclesiasticas excessit, uestræ sanctitati mani-
festata est. unde et nos quæ ab illo præsumpta sunt contra nos, per libellos do-
cuimus uestram sanctitatem, et || regulariter || moti uocastis per sanctissimos episcopos
adesse his quæ ab eo contra leges ecclesiasticas, magis autem contra consequentiam
ecclesiasticam commissæ sunt, et || satisfacere || in quibus contra canones temere egit.
sed fragili conscientia usus, euocatus noluit obœdire. pro hac causa sanctam et
uniuersalem uestram || rogauimus || synodum, illa quidem quæ ab illo iniuste acta sunt
et || ab his || qui cum eo, facile numerabiles, sunt, || et || e quibus quidam || quidem ||
hæretici existunt, quidam autem nec ciuitates habent et hi multis causis obnoxii sunt,
irrita per se ipsa et infirma existentia, quia ad iniuriam disciplinæ canonum sunt præ-
sumpta, dissoluere etiam per sententiam sancti uniuersalisque concilii et nostram
|| portantes || perseuerantiam circa orthodoxam fidem, quam a sanctis patribus || ac-
cepimus ||, definire contra illos || quod placuerit ||.

17 Sancta synodus dixit: Nullam firmitatem nec consequentiam habere quæ acta
sunt, in omnibus || irregulariter || Iohanne moto, ex gestis manifestatur. utique
enim si confideret, conuocatus a sancta synodo adesset his quæ ab ipso || iuueniliter
acta || sunt, si quam || forte || rationabilem consequentiam habuissent gesta. unde
|| hæc quidem quæ nec || a principio ualida neque regulari || sint || facta ratione, sancta
synodus infirma esse constituit, || nulli || eorum qui iniuriam pertulerunt, præiudicium
inferre || ualentia ||. || quod autem consequens est || et quod ad se pertinet, || faciens
sanctissima || synodus, quæ hodierno die acta sunt, || referet || ad notitiam piissimorum
et Christo amabilium principum, ut || nihil ignoretur eorum || quæ temere ad iniuriam
sanctæ synodi || a Iohanne || præsumpta sunt, reuerentissimus autem episcopus
Iohannes et tertia uocatione || conuocatus || si non occurrerit, statim secundum regulas
in eo sancta et uniuersalis synodus decernet.

18 Post consulatum dominorum nostrorum Flauii Theodosii tertio decimo et
d. 17. m. Iul. Flauii Valentiniani tertio pp augustorum XVI Kl. Aug.

a. 431 sancta synodo || religiosissimorum || episcoporum residente in ipsa ecclesia quæ
uocatur Maria

19 Cyrillus episcopus Alexandriæ dixit: Die superiore uestra sanctitate hic conse-
dente, præsentibus autem et legatis qui a magna Roma transmissi sunt, siue uicem

C [= *um*]. *T* [= *piq*]

1 Ephesi *om. p* [= *US*] irregulari *C* reuerentissimi *om. T* [= *US*] 3 nouiter *T*
[= *US*] 5 libenter *T* [= *US*] 7 satisfaceret *T* 9 rogamus *T* 10 ab his *om. T*
[= *US*] et² *om. T* [= *US*] e *p* [= *US*] ex *Ciq* quidem *om. T* [= *US*] 12 et
infirma *om. C* qui *m* quæ *v* disciplina et canonum *m* canonum et disciplinæ *v* 13 sancti
om. C uniuersalis *v* 14 probantes *T* [= *US*] 14/15 suscepimus *T* [= *US*] 15 quæ
uidentur *T* [= *US*] 17 inordinate *T* [= *US*] manifestatur *iq* [= *US*] manifestantur *Cp*
18 sic *p* scō *p* 18/19 innouata *T* [= *US*] 19 forte *om. T* [= *US*] 20 hæc — nec] nec hæc
quidem *T* [= *US*] regularia *C, corr. m* sint *om. T* [= *US*] 21 dum nulli *T* [= *US*]
22 uolens *v* possint *T* quod — est] consequentia [consequenti *p*] autem *T* [= *US*] faciat *p*
[= *US*] faciet *iq* 23 scā *T* [= *US*] referet *iq* referret *C* referat *p* [= *US*] 24 ut *pq*
et *Ci* nullatenus ignorent *T* [= *US*] eorum *om. T* [= *US*] 25 a Iohanne *om.*
[= *US*] 26 uocatus *T* 27 eum *iq* decernet *vig* [= *US*] decerneret *mp* *subs.*
explicit actio III incip quarta *v* 28 consolatu *p* 29 ualentiniano *p* kāl agustarum
30 uenerabilium *T* [= *US*] 32/33 considente *Ciq* 33 uice *p*

agentibus sanctissimi et || religiosissimi || episcopi Cælestini, libellos optulimus tam ego quam || religiosissimus || episcopus Memnon huius Ephesi metropolitane urbis, petentes || in || hanc sanctam et uniuersalem synodum uocari Iohannem Antiochenum et qui cum eo contra nos iniuriam composuerunt et || qui || depositionis nomine uti præsumpserunt, ut præsentibus satisfacerent et || suis fauerent ineffrenatis locutionibus uel 5 iniquissimis conatibus ||. omnia autem consequenter et regulariter agens uestra || religiositas || prima et secunda uocatione uocauit eos, uenerabiles || et deoamantissimos || dirigens episcopos secundum || quod et fides eorum quæ gesta sunt monumentorum continet ||. illi autem || dum || his quæ ab ipsis præsumpta || sunt ||, rationem aptare non possunt nec quidem satisfactionis || modos inuenire || (alioquin 10 || festinassent mox || ad hanc sanctam et magnam synodum quæ || egerunt, asserturi ||), rem fecerunt turpem et tumultuosam et uulgo dignam. || dum enim oporteret ||, si || uellent || huic magnæ synodo aliquid manifestare, uenire magis cum disciplina et cum digna || Christianis || honestate et dicere quæ conuenit, et audire, dum utique nullus eos a talibus prohiberet (neque enim steterunt milites ante sanctam synodum, 15 sicut ante domos in quibus sunt), chartulam componentes || pertinacia || simul et ignorantia plenam || publice || proposuerunt, uniuersam in tumultum, magis autem ad reprehensionem || maliuolentiæ || suæ excitantes ciuitatem. si igitur hæc egerunt, ut contristaremur uidentes dehonestatam opinionem fratrum et derisam ab omnibus, || sufficienter || contristati sumus; hoc enim agentes crebro derisi sunt. si || autem 20 uere ||, sicut in proposita ab his charta continetur, tamquam principes nos sectæ Apollinarii factos aut quæ ille sapuit, nos sapuisse ubicumque conuincere possunt, et nunc || ueniant, conuincant, ostendant || nos hæreticos, si possunt, et non || solis uerbis || uanis iniurient, considerantes diuinam indignationem. dixit enim alicubi 24 deus omnium iudex quia testis mendax non erit impunitus, et per uocem beati Dauid: Prou. 21, 28 sedens || aduersus || fratrem tuum detrahebas. nos enim nec ea quæ sunt Ps. 49, 20 Apollinarii, sapuimus alicubi neque Arrii neque Eunomii, sed a parua ætate sacras litteras didicimus et in manibus patrum educati sumus orthodoxorum et sanctorum, anathematizamus autem et Apollinarem et Arrium et Eunomium et Macedonium Sabellium Photinum Paulum et Manichæos, et aliam || uero || omnem hæresim, 30 insuper autem || et || nouarum blasphemiarum inuentorem Nestorium et qui his communicant et similiter sapiunt, et qui sapiunt quæ Cælestii siue Pelagii sunt, || nos || numquam quæ illorum sunt, alicubi || sapientes || nec modo per pœnitentiam uolentes

C [= *um*], *T* [= *piq*]

1 reuerentissimi *T* [= *US*] 2 reuerentissimus *T* [= *US*] 3 in *om.* *T* 4 qui² *C*
qui quasi *p* [= *US*] quasi *iq* 5 suis — locutionibus] suo sine [suos in *p*] claustris ori *T* [cf. *US*]
5/6 uel — conatibus] aut iniustis conatibus adessent *T* [= *US*] 6 autem *om.* *C* 7 reuerentia *T*
[= *US*] 7/8 et deoamantissimos *om.* *T* [= *US*] 8/9 quod — continet] fidem quæ in his
gestis continetur *T* [= *US*] 9 dum *om.* *T* [= *US*] sunt dum *T* [= *US*] 10 modum *T*
[= *US*] inueniunt *T* 11 festinarent *T* [cf. *US*] mox *om.* *T* [= *US*] egerant *p*
[= *US*] defensuri *T* [= *US*] 12 oportuerat enim *T* [= *US*] 13 uoluissent *T* [= *US*]
14 xpiani *T* 16 insolentia *T* [= *US*] 17 et [quam et *iq*] puplice *T* [= *US*] posuerunt *C*
uniuersa *u^{corr}p* 18 inconsiderationis *T* [= *US*] 20 sufficienter nimis *T* [= *US*] 20/21 si autem
uere *C* siue *p* si uero *iq* [= *US*] 21 cartula *iq* 21/22 apollinaris *iq* [= *US*] 22 ubique *C*
23 ueniant [conueniant *m*] conuincant *C* percillant redarguant *T* ostendant *m* et ostendant *v* *T*
[= *US*] 23/24 solis uerbis *C* uerbis perperam *T* [= *US*] 26 contra *T* [= *US*] 27 apolli-
naris *T* arii *p* 28 et¹ *om.* *p* 29 arium *p* 30 et sabellium et *C* uero
om. *T* [= *US*] 31 et¹ *om.* *T* [= *US*] 32 et qui sapiunt *om.* *m* nobis *T* [= *US*]
33 sapientibus *T* [= *US*]

recta sapere || peruenientes ||, sed, sicut prædixi, enutriti rectis et apostolicis ecclesiæ dogmatibus. quoniam autem decet eos qui semel ad sacerdotium || ordinati || sunt, ueraces apparere et illa dicere quæ sciunt ita se habere, et nunc rogamus sanctam hanc et magnam synodum euocare regulariter tam ipsum religiosissimum Iohannem Antiochenum quam qui cum eo apud nos calumniam construxerunt. consequens 5 enim est et necessarium || præsentis || aut hæreticos nos demonstrare et || ea quæ sunt || Apollinari, sicut dicunt, sapientes aut uenire recusantes et conuincere negligentes || ex || hoc ipso culpari, maxime quia, sicut iterum in proposita ab ipsis charta scriptum est, frigidæ et friuolæ calumnias ad aures pussimorum principum pertulerunt decet autem uestram || maxime || sanctitatem plurimas curas habere || ne subripiatur 10 ab aliquo piis auribus principum ||, scientem quod dictum est a sancta scriptura: Prou. 24, 22 nullam mendacium ex lingua regi dicatur, et nullum mendacium ex ore eius procedat.

- 20 Sancta synodus dixit: Recta est et nunc petitio reuerentissimorum et sanctissimorum episcoporum Cyrilli Alexandriæ et Memnonis Ephesi unde || et || hodierno 15 die euntes reuerentissimi episcopi Danihel et Commodus et Timotheus cum anagnostico ammoneant reuerentissimum Iohannem Antiochenum episcopum ut ueniens simul cum his qui incusati sunt cum eo, satisfaciant pro his quæ incusantur.
- 21 Et euntibus reuerentissimis episcopis Danihele Colonix, Commodo Tripolis Lydiæ et Timotheo || termarum || Hellisponti cum Musonio notario cum anagnostico 20 sic habente

Quoniam pacifice ea quæ canonum sunt, facere uult sancta synodus, secunda uocatione uocauit reuerentiam tuam et non obœdisti, ut aut astrueres ea per quæ iniuriam intulisti, aut corrigeres, huius rei gratia tantisper sancta synodus nihil episcopale agere te concedit ex propria sententia neque alicui qui tecum est. si autem 25 || non huic terciæ uocationi obœdiens || adfueris, quæ uidentur canonibus, circa uos definientur

- 22 et cum redissent, Danihel episcopus || Colonix || dixit: Profecti sumus quo præcepit uestra || religiositas ||, id est ad domum || religiosissimi || episcopi Iohannis et longius quidem de || subiugalibus || descendimus, cum multis autem precibus mandauimus clericis quia uenimus directi a || uestra || sancta synodo. inuenimus 30 autem ibi stantem Asphalum presbyterum, qui quidem est Antiochenæ ecclesiæ, defendit autem Constantinopolim res eiusdem ecclesiæ || ipse || nos prope domum adduxit, in qua commanet || religiosissimus || episcopus Iohannes, et nobiscum prohibuit impetentes. militibus autem gratias agimus, quoniam enim agnouerunt per 35

C [= *vm*], *T* [= *p1q*]

1 peruenimus *T* [= *US*] sed et *m**p* 2 destinati *T* [= *US*] 4 hanc *om* (4/5 iohannem antiochenum religiosissimum *C* 6 præsumentes *T* 6/7 ea — apollinari (apollinari *p* [cf. *US*] quæ appollinaris sunt *1q* 8 ex *om* *T* cartula *1q* 10 maxime *om* *T* [= *US*] 10/11 ne surripiatur [subripiantur *m*] — principum *C* nullis falsitatibus aures pussimas uentilari *T* [= *US*] 12 regis *v* 13 procedet *C* 15 et² *om* *T* [= *US*] 19 colone *p* [= *US*] 20 termarum *C* [TEPMQN pro ΓΕΡΜΩΝ, cf. *US*] *om* *T* ellisponti *C* [cf. *US*] helesponti *T* 24 corrigeres *q* corrigens *i* [= *US*] corrige *p**C* 25 concedet *C* 26 non — obœdiens] hanc terciam uocationem audiens non *T* [= *US*] 28 Colonix *om* *T* [= *US*] 29 reuerentia *T* [= *US*] reuerentissimi *T* [= *US*] 30 iumentis *T* [= *US*] 31 uestra *om* *T* [= *US*] 33 descendit *m* cui descendit *v* constantinopoli *1q* [= *US*] hic *T* [= *US*] 34 reuerentissimus *T* [= *US*] 35 enim *om* *C*

omnia || religiosissimum || episcopum Commodum eo quod in urbe eius constituti sunt, compresserunt omnes qui contra nos impetum faciebant clericos. || nuntiantibus || autem Asphalio et aliis clericis descendit ad nos archidiaconus (nomen quidem eius nescimus; est autem inerbis homo, pallidus, parui corporis), || ferens || chartam, ||quam offerens || nobis dicebat quia sancta synodus uobis transmisit, ut hoc suscipiatis. 5 diximus autem: nos mandati sumus dicere quæ a sancta synodo dicta sunt, non autem suscipere scripturam. neque enim nos chartam attulimus neque suscipimus chartam, mandatum autem pacificum detulimus. rogat || enim || sancta synodus consedere || domnum || Iohannem et occurrere ad || synodum ||. respondit nobis archidiaconus: ergo expectate ut nuntiem ista episcopo. reuersus est et obtulit nobis iterum 10 ipsam chartam, dicens hoc: neque uos mittatis ad nos neque nos ad uos mittimus. præceptum enim expectamus a principe, quia semel ibi quæ nobis uisa sunt, rettulimus. nobis autem dicentibus: audite ergo || et || uerba || synodi ||, exiliit dicens: non suscepistis chartam, non audio uerba synodi. hæc || quidem || ita sunt; deducenti autem nos Asphalio et Alexandro presbyteris diximus hæc quia sancta synodus uiscera 15 pacis et caritatis et bonitatis ostendit circa || domnum || Iohannem; || et || maxime autem quia || secundo || uocatus uenire || noluit ||, iudicauit eum nihil sacerdotale agere; tertia autem uocatione rogat eum conuenire, ne cogatur canonicum contra eum aliquid proferre.

23 Commodus episcopus Tripolis Lydiæ prouinciæ dixit: Consona prædictis a 20 || religiosissimo et sanctissimo || episcopo Danihele et nos et uidimus et deponimus.

24 Timotheus episcopus termæ Hellisponsi dixit: Consona prædictis a reuerentissimo et sanctissimo episcopo Danihele et nos || et || uidimus et deponimus.

25 Sancta synodus dixit: Recte et nunc ammonitio facta est a || religiosissimis || episcopis Danihele et Commodo et Timotheo, et causam asserentibus pro qua directi 25 fuissent, et ad sacerdotum notitiam || referentibus ||, ut nullatenus ignoraret reuerentissimus episcopus Iohannes ex his quæ ei mandata sunt, et ut nullo uti possit consilio excusationis ad ignorantiam pertinentis.

26 Cyrillus episcopus || Alexandriæ || dixit: Quia præsto sum et nunc expetens rationem cum reuerentissimo episcopo Memnone de his quæ in nobis commisit contra 30 sanctiones ecclesiasticas et contra omnem rationem reuerentissimus Antiochenus Iohannes, sancta uestra synodus peruidet, et dubium non est quia si nos timeremus ab his conuinci, non hac fiducia fuisset usi, ut rogaremus tertia hac uocatione inuitari prædictum uenire et uti quibus uellet contra nos uerbis. quoniam autem || dilationes || confingit uarias atque alias ex aliis occasiones adinueniens (qui enim 35 Iob 11, 12

11. 12 adfert *Liberatus* 6 p. 26

C [= *vm*], T [= *piq*]

| | | | |
|---|--|--------------------------------------|-------------------------------------|
| 1 reuerentissimum T [= US] | sint <i>p</i> | 2 nuntiante T [= US] | 4 autem] enim C |
| imberbis <i>q</i> inbarbis <i>p</i> in uerbis C nubilus <i>i</i> | et offerens T [= US] | 5 quam offerens om. T [= US] | |
| uos <i>v</i> | 8 enim C [= US] autem T | 9 domnum] sanctum T [= US] | sanctam syno- |
| dum T [= US] | 10 et reuersus C | 13 et om. T [= US] | scæ [scā <i>p</i>] synodi T [= US] |
| 14 quidem om. T | deducentibus <i>v</i> deducente T [= US] | 15 alexandrio C | 16 scum T |
| [= US] et ⁸ om. T [= US] | 17 secundo om. T | noluerit T [= US] | 18 rogauit C |
| 21 religiosissimo et scissimo <i>m</i> reuerentissimo <i>v</i> T [= US] | 22/23 om. <i>v</i> | 22 termæ T, | |
| cf. <i>p</i> . 106, 20 om. <i>m</i> | 23 et sanctissimo om. <i>miq</i> | et ⁸ om. <i>pi</i> [= US] | 24 reueren- |
| tissimis T [= US] | 26 referentes <i>p</i> [= US] | ignoraret et <i>p</i> om. <i>q</i> | 29 Alexandriæ |
| om. T [= US] | et om. <i>p</i> | 30 ratione <i>p</i> | 34 inuitare C |
| | | | 35 differendo T [= US] |

capitur, natat uerbis, sicut scriptura ait), consequens est sanctam hanc et universalem synodum ea quæ ecclesiasticis legibus uidentur, || respondere ||.

- 28 Sancta synodus dixit: Oportebat quidem regulariter motam hanc synodum propter iniurias quæ contra sanctissimum et || deoamantissimum || archiepiscopum Cyrillum et || deoamantissimum et sanctissimum || coepiscopum Memnonem factæ 5 sunt a reuerentissimo || episcopo Antiochenæ || Iohanne et ab his qui cum eo sunt, post tertiam hanc uocationem a nobis factam, cui obtemperare nullatenus || passi sunt || nec occurrere ad concilium sanctæ synodi et manifestas causas adserere pro quibus contra constituta et canones ecclesiæ ad hanc irruerint || iuuenilitatem ||, dignam tanta || temeritate || contra eum et eos qui cum ipso sunt, proferre sententiam. quo- 10 niam autem episcopalis bonitatis operam esse putauimus patienter portare ea quæ facta sunt, interim quidem in præsentī, sicut iam dispositum est, alienus sit tam ipse Iohannes quam hi qui cum ipso facinus operati sunt

- 2 Iohannes Damasci
- 3 Alexander Apamiæ
- 4 Dexianus Seleuciæ
- 5 Alexander Hieraspoleos
- 6 Himerius Nicomediæ
- 7 Fritilas Heracliæ
- 8 Helladius Tarsi
- 9 || Maximianus || Anazarbi
- 10 Dorotheus Marcianopolis
- 11 Petrus Traianopoleos
- 12 Paulus Emisæ
- 13 Polychronius Heracliensis ciuitatis
- 14 Eutherius Tyaneus
- 15 Meletius Neocæsariæ
- 16 Theodoritus || Cyri ||
- 17 Apringius Chalcidos
- 18 Macarius || [maioris] || Laodiciæ || magnæ ||
- 19 || Zosis Esbuntis ||
- 20 Salustius Cory<ci> Ciliciæ
- 21 Hesychius Castabalæ Ciliciæ
- 22 Valentinus Multublaccas
- 23 Eustathius Parnasi
- 24 Philippus Theodosianon
- 25—28 Danihel Iulianus Cyrillus Olympius

C [= *um*], *T* [= *pig*]
 1 natat} narrat *m* 2 pronuntiare *T* [= *US*] 4 deo amabilem *T* [= *US*] 5 deo-
 amantissimum et scissimum *C* reuerentissimum et [et *om. iq*] *T* [= *US*] ep̄m *Ciq* 6 episcopo
om. T [= *US*] antiocheno *T* [= *US*] 7/8 passus est *T* [= *US*] 8 adserere *C*
 [= *US*] adferere *p* afferre *iq* 9 irruerint *Cp* irruerit *iq* [= *US*] nouitatem *T* [= *US*]
 10 arrogantia *T* 11 opera *C*
 4 dexanianus *p* seuletie *C* 5 ierapoleos *iq* gerapoleos *m* 7 frictilas *C*
 9 maximus *p* [= *US*] maximinus *iq* 10 marcinopolis *T* 12 emisæ *pq* emesee *C* emesie *i*
 15 neocesaree *Ciq* 16 theodocritus *v* cyri *T* 18 maioris *om. T* [= *US*] laudocie *C*
 laudicie *v^{corr}* magnæ *om. T* [= *US*] 19 zosus *T* [= *US*] esbuntis *m* exbuntis *v*
 [= *US*] rebuntis *T* 20 sallustius *m* curia *C* cyri *T* 21 castabule *C* 22 multu-
 blaces *C* mutublaccas *T* 23 eustochius *T* parnachi *C*

²⁹ Diogenes³⁰ Theophanius Philadelphius [pollios]³¹ Tarianus Augustæ³² Aurelius Irenopolis³³ Musius Aradi³⁴ Helladius Ptolomaidis

ab ecclesiastica communione, nullam habentes licentiam ut ex auctoritate sacerdotali possint alicui nocere aut prodesse, donec se ipsos reprehendentes suum confiteantur delictum, scientes quod si celeriter hoc non egerint, perfectam a canonibus contra se sententiam prouocabunt, manifesto et illo constituto quoniam nec illa quæ iam prius ab ipsis iniuste et contra canones in iniuriam || deoamantissimorum || et sanctissimorum episcoporum et præsidentum ecclesiæ Cyrilli et Memnonis facta sunt, firmitatem aliquam habebunt secundum quæ iam prius et præterita die || interfata || sunt. referentur autem omnia quæ gesta sunt, || piis et Christo amicis || auribus || deoamantissimorum || principum, ut || et || diuinæ aures agnoscant quæ secuta sunt.

Iuuenalis episcopus Hierosolimorum suscripsi

10

Arcadius episcopus et legatus apostolicæ sedis suscripsi

Proiectus similiter

Philippus presbyter similiter

|| subscripserunt autem || et omnes reliqui

²⁰ Exemplar relationis sancti concilii ad piissimos imperatores de Orientalibus, || hæc missa est per Auxentium magistranum ||

Piissimis et a deo custoditis Theodosio et Valentiniano uictoribus et triumphatoribus semper augustis sancta synodus quæ per gratiam Christi et || nutu || uestre potentiæ congregata in Ephesum metropolim. Quæ quidem imperata sunt sanctæ huic synodo a uestra serenitate, ad finem conuenientem perducta sunt et hoc notum uestre pietati statuimus et apostolicam fidem, quam trecenti decem et octo in Nicæa congregati exposuerunt, manifestam uestre || fecimus || pietati et contra eam sapientem Nestorium deposuimus tam a sacrificio sacerdotali quam a confidentia prædicandi suam impietatem. quoniam autem pauci quidam præcorruptam habentes uoluntatem de doctrina Nestorii, dum ei permanerent, et eos qui sub culpa positi erant, secum adsumpserunt, adiecto || eis || et reuerentissimo episcopo Iohanne Antiochiæ aut propter contentionem aut propter humanam amicitiam, et uniuersi triginta facti tantum, antequam satisfacerent pro quibus || unusquisque incusabatur || excessibus, se ipsos synodum appellauerunt, quasi uestra pietas duas synodos fieri iussisset, non unam, quæ deberet et fidem euangelicam confirmare et corrupta sapientes ab eccle-

C [= *vm*], T [= *p*, *i* (*usque ad* 23 deposuimus), *q*]

²⁹ diogenis *mp* ³⁰ philadelphius T philadelphus C pollios T [= *US*] pollis C, *est corruptela Græca ex ἱωνοπόλεως sede Diogenis* ³² hirenopolis *p* hironopolis *iq* ieranopolis *v* geranopolis *m* ³⁴ ptolemaidis *v* tholomiadis *m*

3 hoc non egerint celeriter C hoc celeriter non egerint *u^{corr}* 4 manifesta C 5 reuerentissimorum T [= *US*] 7 interfata *scripsi* interfata C disposita T [= *US*] 8 referantur *iq* [= *US*] referuntur *p* piissimis et xpianissimis T [= *US*] 9 a deo custoditorum T [= *US*] et *om.* T [= *US*] 10. 11 subscripsit C 14 subscripserunt autem *om.* T 15 piissimos *om.* *iq* 16 hæc — magistranum *om.* T [= *US*] 17 theodosio *p* 18 nutum *p* [= *US*] 19 congregata est *iq* [= *US*] epheso *vig* [= *S*] metropoli *vig* [= *US*] huius *p* 22 facimus T 26 ei *p* [= *US*] 28 unusquisque *om.* T incusabantur T [= *US*] 29 synodos] synodus *mp* 30 unum *p* et¹ *om.* C

siastico ministerio remouere, sed, ut diximus, supra dicti priusquam satisfacerent de quibus incusabantur, pauci se ipsos continentes et || adiutorem || suæ insolentiae assumentes reuerentissimum episcopum Iohannem et ipsum metuentem pro tarditate || ultionem || subire, sicut didicimus per quorundam rumorem, ausi sunt extra omnem rectitudinem ecclesiasticam et extra canones contra sanctam synodum et contra caput 5 congregatorum sanctissimorum episcoporum, || Cyrilli sanctissimi || dicimus || archiepiscopi || nec non et || religiosissimi episcopi Memnonis || proferre blasphemiam, sicuti putauerunt, iniuriam depositionis habentem, dum nullam accusationem ab aliquo suscepissent, nec accusatorem expectantes nec quidem uocantes aliquem ad iudicium, sed ante iudicium et inquisitionem hanc iniuriam scriptis euomentes ad 10 uestram tranquillitatem perferre præsumpserunt quæ sic inrationabilia sunt, tamquam uestra pietas ignoret quia una synodus || uniuersi terrarum orbis || est et non ulterius dici possit synodus eorum qui sub culpa || ceciderunt || paucorum subuersione qui se ipsos propter timorem increpationis diuiserunt a sancta synodo; neque enim culpam reprehendentes iniuriam præsumpserunt, sed de quibus incusati erant, forsitan satisfactionem non habentes et se ipsos paucos uidentes et formidantes ne post redargutionem sententiam susciperent, processerunt in temeritatem et hoc putauerunt facere quod se sperauerunt sustinere conuictos; sed hoc uisum est nobis tamquam inrationabile contemnendum, quoniam autem usque ad uestram tranquillitatem perferre ausi sunt || omnino || inrationabilem suam insolentiam et quod contra leges et canones et omnem 20 consequentiam ecclesiasticam ab ipsis actum est, mandare uestræ pietati præsumpserunt, non || iam || amplius dissimulauimus inrationabilem illorum impetum, sed iterum sequentes formam canonum conuocauimus reuerentissimum episcopum Iohannem, qui talia cum ceteris contra prædictos præsumpserat. neque enim illi confiderent ad tantam insolentiam peruenire sub culpa positi pauci, nisi || de || temeritate reueren- 25 tissimi episcopi Iohannis Antiocheni præsumerent. congregati igitur nos, libellis nobis oblatis a sanctissimo et deo || ualde || amabili reuerentissimo archiepiscopo Cyrillo et || deo amicissimo || coepiscopo Memnone, euocauimus prædictum episcopum Iohannem ut uel nunc diceret culpam pro qua ad tantam iniuriam progressus est contra primos sanctæ synodi, qui semel et secundo et ter euocatus ut causam diceret, aduenire 30 || quidem || ad synodum non passus est, non habens rationabilem causam suæ præsumptionis, militibus autem et armis circumdans suam domum, neque missos a sancta synodo sanctissimos episcopos suscepit nec competenti responso dignam iudicauit 32 congregatam sanctissimam synodum. unde cognoscentes non confidere illum suis satisfactionibus, ab ipsis quidem superflue et uacue per garrulitatem facta et contra 35 omnem consequentiam || scripta canonum || tam contra sanctissimum archiepiscopum Cyrillum quam contra reuerentissimum coepiscopum || nostrum || Memnonem irrita et || cassa || omnibus modis esse decreuimus. iudicium enim quod || secum || nihil

C [= *um*], *T* [= *pq*]

2 paucos *v* auditorem *T* 4 reatum *T* [= *US*] 6 cyrillum *T* [= *US*] sanctissimi
om. T [= *US*] 6/7 archiep̄m *T* [= *US*] 7 reuerentissimum ep̄m memnonem *T* [= *US*]
8 sicut *C* dispositionis *p* 12 uniuersi — orbis] uniuersitatis *T* [= *US*] 13 reciderunt *T*
[= *US*] 16 habentem *p* 18 conuictos sustinere *m* 20 omnino *om. T* [= *US*]
22 non *om. p* iam *om. T* [= *US*] 24 præsumpserit *p* præsumpserunt *C* 25 pauci *om. C*
de temerate *m* temerate de *v* temeritate *p* [= *US*] temeritatem *q* 25/26 r̄uō ep̄o ioh̄e antioceno *v*
26 congregatis *C* 27 ualde *om. T* [= *US*] 28 uenerabili [uenerabile *p*] *T* [= *US*] 29 esset *q*
31 quidem *om. T* [= *US*] 32 missus *p* 33 sc̄issimus *p* 35 factam *C* 36 scripta
[et scripta *vcorr*] canonum *C* canonum et scripta *T* [cf. *US*] 37 nostrum *om. T* [= *US*]
38 cassata *T* secum *C* [= *US*] rectum *p om. q*

habet canonicum neque iustum, nihil aliud habet quam maledictum. sic igitur irregulariter tam ipsum quam qui cum eo fuerunt, agentes et extra || omnem || consequentiam ecclesiasticam, extra communionem tantisper esse decreuimus, compescentes eorum inrationabilem petulantiam, donec uenientes de his quæ temerarie
 88 commiserunt, satisfaciant sanctæ synodo. quæ igitur constituta sunt, necessario 5 ad uestram pietatem rettulimus, supplicantes ut neque synodus iudicetur || coeuersio || eorum qui sub culpa facti sunt, quia et antea in sancta et magna synodo trecentorum decem et octo in Nicæa congregatorum quidam sic discesserunt ab illa magna synodo metuentes eius sententiam et nec || illi iudicati sunt synodus || a magno et || sanctæ || memoriæ imperatore Constantino, sed || iussi sunt || pœnam persoluere, quoniam 10 || semet ipsos absidentes || illorum sanctorum episcoporum consonantiam respuerunt, mala, sicut isti, et illi conscientia usi. illicitum || est enim || synodo ducentorum decem et octo episcoporum, quibus || et || cuncta multitudo Occidentis sanctorum episcoporum consensit et per eos reliqua turba orbis terrarum, repugnare triginta solos, e quibus quidam olim damnati sunt, aliquanti autem Cælestii malæ sectæ sunt, aliquanti uero 15 || et || anathemati subditi || tamquam ea quæ sunt Nestorii sapientes ||. sed iubete quæ ab uniuersali || et sancta || synodo ad continentiam pietatis definita sunt contra Nestorium et contra impium eius dogma, suam habere firmitatem corroborata nutu et consensu uestræ pietatis.

Iuuenalis episcopus Hierosolymorum rettuli

20

Arcadius || episcopus et loci seruator atque legatus apostolicæ sedis rettuli ||

Proiectus similiter

Philippus presbyter similiter

et omnes reliqui subscripserunt.

EXEMPLAR SACRORVM QVÆ DIRECTA SVNT PER IOHANNEM COMITEM || LARGITIONVM || 25
 SANCTO CONCILIO

40 1 || Imperatores Cæsares Theodosius et Valentinianus uictores triumphatores maximi semper uenerandi aug || Cælestino¹ Rufo² Augustino³ Theodoto⁴ Alexandro⁵ Acacio⁶ Tranquillino⁷ Valentino⁸ Iconio⁹ Iohanni¹⁰ Acacio¹¹ Vrso¹² Firmo¹³ Himerio¹⁴ Dexiano¹⁵ Veriniano¹⁶ Palladio¹⁷ Asterio¹⁸ Iuuenali¹⁹ Flauiano²⁰ Helladio²¹ 30 Rabbulo²² Alexandro || alio ||²³ Maximo²⁴ Fritilæ²⁵ Perigeni²⁶ Cyro²⁷ Iohanni alteri²⁸

40 *Græce extat in V 93 S 66 A 44*

C [= vm], T [= pq], S [= wr, inde a 25]

2 omnem *om.* *T* [= *US*] 3 extra] et extra *m* 4 irrationabilem eorum *v* 6 coeuersio
m coeusione *v* cœtus *T* [= *US*] 9 et *om.* *q* nec *om.* *p* illos iudicatos esse *T* [*cf.* *US*]
 synodus a magno *m* a magna synodo *v* synodum a magno *T* [= *US*] diuæ *T* [= *US*]
 10 iussos *T* [*cf.* *US*] 11 semet — absidentes] desistentes *T* [= *US*] sanctorum *om.* *v*
 12 sicut et *C* enim est *p* [= *US*] synodum *m* trecentorum *q* 13 et² *om.* *T*
 [= *US*] 14 solus *p* 15 cælestio *p* male secte [malam sectam *v*] secuti *C* 16 et
om. *T* [= *US*] tamquam — sapientes] propter quod nestorium sint secuti *T* [= *US*] 17 et
 sancta *om.* *T* [= *US*] 18 corroboratam *v* 21 episcopus — rettuli] similiter *T*
 25 sacrorum] sacræ imperialis maiestatis *q* 25/26 sunt — concilio] ad sanctum concilium *q*
 25 largitionum *C* sacrarum *p* sacrorum *S* 26 concilio *pSI* concilio et uniuersali ephesenorum *C*
 27/28 Imperatores — aug¹ *om.* *TSI* 28—p. 112, 4 *ordo exemplaris Græci seruatus est in TS, ita confusus in C*: 1. 3. 5. 8. 6. 15. 18. 21. 23. 25. 28. 30. 33. 36. 39. 41. sabbatio. 46. 49. 52. 2. 10.
 4. 11. 7. 9. iohanni alio. 12. 13. 14. 16. 17. 19. 20. 22. 24. 26. 27. 29. 31. 32. 34. 35. 37. 38. 40.
 42. 43. 44. 45. 47. 48. 50. 51 ¹ cælestinus *S* ⁸ Valentino] ualeriano *C* ¹⁴ hiemerio *p*
¹⁵ deciano *m* ²² rabbolo *p* rabolo *q* rabbalo *r* ²³ alio *om.* *TS* ²⁵ frizilæ *C* ²⁶ perigeno *v*
²⁸ alteri *mTr* altero *w om.* *v*

Eutherio²⁹ Hellanico³⁰ Bosforio³¹ Cyro alteri³² Venantio³³ Petro³⁴ Dynato³⁵ Dorotheo³⁶ Antiocho³⁷ Dalmatio³⁸ Eusebio³⁹ Seleuco⁴⁰ Eleusio⁴¹ Eulogio⁴² Sappido⁴³ Timotheo⁴⁴ Pio⁴⁵ Troilo⁴⁶ Erreniano⁴⁷ Monimo⁴⁸ Olympio⁴⁹ Theophilo⁵⁰ Iuliano⁵¹
 2 Basilio⁵² et reliquis reuerentissimis episcopis. Quantum circa pietatem et progenitorum fidem zelum habeamus, ex plurimis præcedentibus arbitramur aperte monstrari, maxime uero etiam ex euocatione nuper facta || sanctissimæ uestræ synodi || hoc manifestum omnibus in uniuerso orbe terrarum esse credidimus. || nec || enim ad modicum, incumbente quadam dubitatione, distulimus ne celeriter eius solutio sequeretur, sed festinanter conuenire sanctitatem uestram || scribendo || præcepimus, et nequaquam æstimantes pro pietate laborem sanctitati uestræ onerosum fore, leui- 10 gauimus tamen imperiali prouidentia huius difficultatem oportunitate temporis atque loci. Ephesiorum namque decreuimus ciuitatem et a terra et a mari uenientibus accessibilem et omnibus suis et superuenientibus fructibus utilitatem illic commorantibus cum ubertate præbentem, quatenus pia nostræ tranquillitatis intentio ac || sanctissimæ || uestræ || synodi || et concurreret et ad effectum facile perueniret. 15
 3 unde etiam nunc insinuatam a uestra sanctitate Nestorii et Cyrilli et Memnonis damnationem suscepimus; alia uero quæ || a uobis || gesta sunt, reprehendimus, Christianam fidem rectitudinemque custodientes quam ex patribus progenitoribusque percepimus et quam sanctissima synodus sub diuæ memoiræ Constantino facta concorditer roborauit. curet igitur unusquisque sanctissimi uestri collegii, soluta omni dubi- 20 tatione et abscisis scandalis, cum pace et concordia || generali || ad propria remeare.
 4 Vt autem sanctitas uestra non solum ex nostræ pietatis litteris inuitata ad unanimitatem et uniuersalis pii dogmatis pacem respiciat, etiam litteras sanctissimi episcopi Berocæ Acacii hoc || suadentis relegendes || direximus, qui sanctissimo uestro collegio adici propter longam senectutem non ualens per ea quæ scripsit, || suæ beatitudi- 25 dini || decentia et orthodoxæ religioni profutura exposuit, quæ quales sint, ipsius epistolæ lectio declarabit. cognoscat tamen uestra || sanctitas || quia magnificentissimum et gloriosissimum comitem sacrorum Iohannem hac causa direximus, ut ipse sciens circa fidem nostræ diuinitatis intentionem, quæ perspexerit utilia, faciat.

EXEMPLAR RELATIONIS SANCTI CONCILII AD SACRA RELECTA A MAGNIFICENTISSIMO 30
 COMITE SACRORVM IOHANNE

41 1 Piissimis et Christoamantissimis Theodosio et Valentiniano uictoribus || triumphatoribus || semper augustis sancta et uniuersalis synodus quæ || per gratiam || Christi

16—19 ex uersione T adfert Liberatus 6 p. 26

41 *Græce extat in V 94 S 67 A 47*

C [= *vm*], T [= *pq*], S [= *wr*]

³⁶ *om.* T ⁴⁰ seleuco *v* seuleuco S seleucio *mT* ⁴³ sapido *Cq* ⁴⁷ erreniano T erreniano S
 eraniano C ⁴⁸ menio C 5 arbitramus C 6 scissimi ur̄i concilii TS 7 credimus *Cw*,
corr. *w* non TS 9 scribendo *scripsi* scribendi C *om.* TS præcepimus *qr* præcipimus *Cpw*
 10 pro pietate [pietatem *m*] *Cw* proprietate *Tw^{corr}* proprietati *r* 11 difficultate *m* difficultate et *v*
 13 et^a *om.* *v* fructibus S fluctibus C fratribus T 15 ac T hac S a C scissime *m*
 scissima *v* scitatis TS ur̄a *v* synodi *m* synodo *v* concilii TS 16/17 damnatione *mS*
 17 apud uos *TS Liber. cf. I* 19 diuæ TS die beatæ C 20 curate C unus quis *pw*
 21 obscis *w* generali *om.* TS a *w* 24 berocæ CS suadentes TS relegendes *om.* T quia S 25/26 sua beatitudine *pS* suam beatitudinem *q* 26 decedentia CS
 27 beatitudo TS 29 faciet *pS*
 30/31 ad — Iohanne] ad sacram Imperialem *q* 30 relictæ *m^{pw}*, *corr.* *w* 32/33 et triumphatoribus TS 33 per gratiam CS gratia T

et nutu uestræ potestatis congregata est in Ephesiorum metropolim. Christo amabile quidem uestrum imperium, piissimi principes, ab infantia zelum circa fidem et regulas demonstrauit, qua gratia || et || ex uniuerso orbe terrarum episcopos Ephesiorum apprehendere ciuitatem pia sanctione præcepit; nunc autem nobis relectæ litteræ uestræ tranquillitatis per magnificentissimum et gloriosissimum comitem Iohannem non 5 paruum nobis fecerunt tumultum, declarantes seductionem quandam atque mendacium 2 ueraces uestras aures inquietare. tamquam enim a nobis relationem suscipiens uestra potentia damnationem habentem sanctissimi et deoamantissimi archiepiscopi Cyrilli et sanctissimi ac deoamantissimi coepiscopi Memnonis, sic per litteras declarauit. unde nequaquam ualere mendacium apud uestræ Christianitatis imperium orantes ac festinan- 10 tes, uestræ referre tranquillitati præsumpsimus quia uniuersale concilium, quod omnem quidem Occidentem cum maxima uestra Roma et apostolica sede secum residentem habet omnemque Africam et cunctum Illyricum, non fecit damnationem prædictorum sanctissimorum et || deoamantissimorum || episcoporum neque rettulit, sed || et || magis uiros istos pro zelo orthodoxæ fidei ammiratur, eos plurimum faciens et apud 15 homines laudans et apud dominum Christum coronis dignos existimans, solum uero nefandæ hæresis hominicularum prædicatorem Nestorium damnantes rettulimus 3 Christo amabili uestro imperio. illud quoque nos non modice contristauit, quod ex subreptione factum apparet, ut recedentes ab uniuersali concilio qui circa Iohannem Antiochenum sunt et qui cum eis Cælestiani atque damnati, nostris nominibus misce- 20 rentur et una ad nos et ad illos sacra dirigeretur, de quibus dudum quidem et olim manifesta uestræ pietati fecimus quomodo quidem a nobis recesserint; quomodo autem ad iniuriam quæ contra nostros præsules fit, agentes et regulas conculcare præsumpserint et || ipsos || excommunicatos || ab || omni uniuersali concilio per temeritatem contra nos perpetratam semet ipsos effecerint et quomodo euocati ad increpationem 25 nequaquam obœdire sint passi et quoniam omnino propter hoc excommunicati et sine operatione ab uniuersali concilio facti sunt, hæc etiam nunc insinuantes uestro Christo amabili principatui suggerimus quia propter hanc eorum absurditatem et propter damnati Nestorii eorum nunc usque certamina nequaquam ad communionem suscipere passi sumus, neque damnationi Nestorii suscribere patientes, sed etiam quæ 30 illius sunt, aperte sapientes, subiacentes autem regulis et propter indisciplinatum eorum contra nostros præsules conamen et eo quod mentiri et subripere præsumpserunt uestræ pietatis auditibus, et supplicamus deo consecrato uestro imperio sanctissimos quidem et deoamantissimos episcopos Cyrillum et Memnonem reddi sancto concilio nequaquam a regulis condemnatos, fidem uero inmutatam seruari, quæ etiam uestræ a sancto 35 spiritu inscripta est animæ et a progenitoribus uobis contradita et in his quæ a nobis dudum relata sunt monumentis contra Nestorium gestis ualde noscitur declarata, proposita quippe fide sanctissimorum patrum in Nicæa conuenientium trecentorum decem et octo, cum omnis actio eius sufficiat arguere quidem aduersariorum impietatem 4 et ostendere orthodoxam fidem, quam hactenus custodire per omnia studuistis. si 40

40 sq. not ipsos petisse audientiam imperatoris *C^{ms}*

| | | | | | |
|---|------------------------------------|----------------------------|------------------------|---------------------------------|---------------------|
| <i>C</i> [= <i>um</i>], <i>T</i> [= <i>pq</i>], <i>S</i> [= <i>wr</i>] | | | | | |
| 1 pietatis <i>C</i> | metropoli <i>vgr</i> | 2 quidem <i>om. v</i> | 3 et <i>om. TS</i> | 4 relectæ | |
| <i>Cw</i> , corr. <i>w</i> | 11 quia ab <i>w</i> | 14 deo amabilium <i>TS</i> | et <i>om. TS</i> | 16 laudans] | |
| ἐπαίνων <i>pro</i> ἐπαίνων | 17 hominicularum <i>C</i> | praedicatorum <i>w</i> | 20 cælestini <i>S</i> | 21 et ad | |
| nos et <i>m</i> | 24 ipsos <i>om. TS</i> | ab <i>om. pS</i> | omni <i>om. C</i> | 25 ipsum <i>w</i> | affecerint <i>p</i> |
| fecerint <i>q</i> | 26 et ² <i>om. S</i> | 27 xpo uro <i>v</i> | 28 suggeremus <i>w</i> | qua <i>v</i> | et <i>om. v</i> |
| eorum <i>v</i> | 30/31 sed — sapientes <i>om. m</i> | 31 regulis autem <i>p</i> | 35 seruare <i>C</i> | 36 et ¹ <i>om. C</i> | |

uero placet uestrae potentiae ad suptiliter agnoscendum quae inter nos et eos qui se absciderunt, gesta sunt, uestro apici supplicamus ad sanctum concilium destinare quantoscumque approbauerit uestra potentia, quatenus etiam || in praesentia || de omnibus Christo amabili uestro imperio satisfiat.

EXEMPLAR EPISTVLÆ CYRILLI ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIÆ SCRIPTÆ AD CLERVM 5
CONSTANTINOPOLITANVM

- 42 Turbatum nimis est sanctum concilium audiens quia non omnia recte rettulit magnificentissimus et gloriosissimus comes Iohannes, ut cogitarent qui illic sunt, etiam de exilio contra nos, tamquam sanctum concilium suscepisset irregularem nefandamque factam damnationem a Iohanne et qui cum eo sunt hæreticis. ecce igitur et altera 10 facta || est suggestio || a || sancta || synodo docens quia et contristata est in litteris principis et quia non || suscepimus || trium damnationes, et præcipue infirma esse quidem quæ ab illis impie et nefande sunt gesta, || firmari || uero potius quæ a nobis sunt. docuerunt enim et per primam relationem quia infirma quidem quæ ab illis irregulariter sunt gesta, fecerunt, communicatores autem nos et coepiscopos habent 15 et quia nequaquam recedunt ab huiusmodi uoluntate. et cum || multa milia || fecisset memoratus magnificentissimus uir ut ueniret ad communionem Iohannes et qui cum eo sunt, sancti concilii, usque hodie neque audire uoluerunt huiusmodi uocem, sed insistunt quidem omnes dicentes quia impossibile est nos ad hoc uenire nisi et quod ab eis irregulariter gestum est, destruat et succumbant concilio utpote delinquentes, 20 anathematizent autem Nestorium et eius || dogmata in || scripto; et in his omnis intentio est concilii. frustratus autem hac causa memoratus magnificentissimus uir cogitauit et hoc et exigebat concilium expositionem fidei ex scripto dare sibi, ut et illos faceret consentire atque subscribere et ascenderet dicens quia coniunxi eos ad amicitias, humanas tristitias habentes ad inuicem. hoc intellegens sanctum concilium denuo 25 surrexit, omnino dicens quia non facimus nobis ipsis iniurias; non enim uelut hæretici uocati sumus, sed uenimus fidem negatam statuere; quam etiam constituimus, et non eget imperator nunc discere fidem, sciens eam et in ea baptizatus. non profuit igitur neque hoc Orientalibus. illud quoque cognoscite quia componentes expositionem fidei contentionem habuerunt ad inuicem et sunt adhuc in contentione. 30 alii namque eorum suscipiunt dei genetricem dicere sanctam uirginem simul et hominis genetricem, alii uero omnino negant et aiunt paratos se esse manus amittere quam suscribere huiusmodi uoci. ubique autem confunduntur hæretici declarati. hæc omnes a uestra beatitudine doceantur et maxime dei cultores et sanctissimi archimandritæ, ne forte remeans prædictus alia pro aliis aut dicat aut doceat, || ut || mulceat 35

12 *post* damnationes *ins.* in [*om. v*] solo Acymitorum plus habet hæc uerba: sed unius et solius et eorum qui eadem quæ et ille, sapere elegerunt *C*

42 *Græce extat in V 100 S 68 A 51*
C [= *vm*], *T* [= *pq*], *S* [= *wr*]
2 a *scō* concilio *Cw*, a *in* ad *corr. w* 3 ad faciem *TS*
9 suscepissent *C*, *corr. v* 10 heretici secte *w* heretici recte *r* 11 suggestio est *TS*
sancta *om. TS* 12 suscipimus *T* 13 firma *TS* 15 nos *om. v* coepiscopis *S*
16 multa milia *scripsi* multam illis *m* multum illis *v* multum *Tw* multa *r* 17 iohannis *C*
21 dogma ex *TS* omnes *p* omnibus *C* 23 concilio *p* a concilio *q* dari *q* 24 quia
non *C* 29/30 expositionem fidei componentes *v* 32 id omnino *S* 34 et^a *om. v*
35 ut *Cq* aut *pS*

aliquorum aures. non pigeat itaque uestram || religiositatem || neque deficiat pro || nobis desudans ||, sciens quia semet ipsam commendat et deo et hominibus. et hic || namque || propter saluatoris gratiam hi qui numquam nos uiderunt dei cultores episcopi parati sunt animam ponere pro nobis et cum lacrimis accedunt dicentes etiam simul || in exilium || destinari et pariter mori se uotum habere. in multa uero tribulatione sumus uniuersi et eo quod custodiamur a militibus et ante lectos eos dormientes habeamus, maxime uero nos. aliud autem omne concilium defecit et laborat et plurimi mortui sunt; iam autem et ceteri res suas uendunt, non habentes expensas.

EXEMPLAR EPISTVLÆ SCRIPTÆ A MEMNONE EPISCOPO EPHESI AD CLERVM
CONSTANTINOPOLEOS

10

43 Quanta propter ueram fidem rectæ religionis cottidie sustinemus in Epheso, neque sermone explanare possibile est. tumultui namque tumultus succedit incessabiliter. multam uero nobis uirtutem præbet ut hæc fortiter feramus, confessio fidei et fortitudo. aliquando siquidem magnificentissimus comes Candidianus 15 commouens nobis milites et ciuitatem turbis adimplens || et || omnium simul necessariorum delatione nos fraudat per custodiam, multos autem permittens iniurias nobis effundere et omni sancto concilio horum qui obseruant ex Zeusippo damnato Nestorio et ad hoc nutriuntur, et plurima multitudo rusticorum ex ecclesiasticis possessionibus et per illos iniurias effundentium. successit etiam prædictæ indiscipline et 20 magnificentissimi comitis Irenæi cotidianæ seductioni simplicium et Antiochiæ episcopi præsentia. agnoscens enim sanctum concilium futurum eius aduentum, honorans et debitum sacerdotale complens misit quosdam deoamantissimorum episcoporum etiam cum reuerentissimis clericis ad occursum eius, || duo || hæc faciens, et debitum adimplens honorem et manifestum faciens quia deberet a Nestorii colloquiis obseruare 25 eo quod a sancto concilio damnatus esset impietatis causa quam meditatus est. non permissi uero a sequentibus eum militibus in itinere eum uidere, nihilo minus secuti sunt et ad domum ubi successit, occurrerunt, et plurimas obseruantes horas et non permissi ad eum celebrare colloquium manserunt iniurias patientes. post multas autem horas, cum hoc uisum fuisset ei, euocauit dei cultores episcopos et reuerentissi- 30 mos clericos, introducens eos per milites, cumque ea quæ a sancto concilio mandabantur, manifesta fecissent ei, permisit magnificentissimum Irenæum et qui cum eo episcopos et clericos inportabiles inponere plagas nostris comministris et clericis, ut etiam ad periculum peruenirent. his igitur gestis, uenientes ad sanctum concilium qui missi fuerant dei cultores episcopi et plagas ostendentes, et quæ fuerant acta, 35 narrantes sub gestis monumentorum sacrosancto euangelio proposito, ad indignationem commouerunt sanctum concilium, et paululum eum castigantes excommunicatum fecerunt et facta est eorum excommunicatio manifesta. agnouimus enim quia sine

43 *Græce extat in V 101 S 69 A 52*

C [= vm], T [= pq], S [= wr]

1 beatitudinem *TS* 2 nostris laboribus *TS* 3 quoque *TS* 4 accendunt *p*
5 in exilium *C* exilio *T* exilium *S* 7 deficit *qr*
12 quantam *S* religionis quæ *S* 14 multum *S* uero *TS* namque *C* 16 et
om. TS 17 dilatione *C* delataciónē *p* delectatione *q* 18 eorum *qr* zeusippo *C* zeusyppo *S*
zeusyppo *p* zeosippo *q* 20 indiscipline *C* 21 cotidiana seductio *C* 23 sacerdotalem *Cw*
24 diu *TS* 26 qua *w^{corr}* quæ *w* 26/27 non permisi [permisit si *pS*] uero a *CpS* ipse uero
non permisit *q* 27 in *om. C, corr. v* 29 permisi *Cq* 30 et uocauit *p* 34 iam *C*

nomine aliquid et sine subscriptione in || quandam partem || ciuitatis propositum est quod ostenderet eius indisciplinatum et irregularem uoluntatem, cottidie autem euocans nobilem curiam et || uiros || clarissimos, et expetit cum necessitate decreta ut in locum meum ordinet, ita ut omnes qui inhabitant ciuitatem, orthodoxi constituti, orationis apprehenderent loca et in eis habitarent, ut non illius insolentia et irregularis fragilitas, 5 quæ per || propositiones || acta est, ad effectum perduceretur || famæ. || unde et in sancto apostolo Iohanne pergens et hoc declarans quia deberet ibi ordinare, seditionem et turbam || loco ipse || fecit, || et || cum multitudine indisciplinatorum armatorum ascendens, ita ut quosdam ibi mendicantium faceret semiuiuos, et tamquam iniuriatus ab his qui ibi sunt, rettulit ad inuidiam sancti concilii. dignamini igitur, sanctissimi, 10 omne habere studium et || perniciem || atque irregularem uoluntatem Iohannis et qui cum eo sunt, publicare, ut || et || magnificentissimi comites hinc discedant cottidie conturbantes et ciuitatem et fidem, ut non ex subreptione horum ea quæ fidei sunt, adulterium patiantur.

- 44 1 Piissimis et Christoamantissimis Theodosio et Valentiniano uictoribus trium- 15
phatoribus semper augustis sancta et uniuersalis synodus || quæ || gratia Christi et
nutu uestræ potentiæ congregata || est || in Ephesena metropoli. Vestra quidem po-
tentia non despexit ueram fidem suffodiri || a || doctrina Nestorii exprobrantis cum Iudæis
domino Christo eas quas propter nos nostramque salutem humanas sustinuit passiones,
sed abominata uestra pietas huiusmodi contra Christum sermones ex omni pæne quod 20
sub sole est, nos congregari præcepit in Ephesena metropoli, configi patrum et pietatis
2 dogmata uolens. unde conuenientes et communi iudicio confirmantes expositam
de hoc fidem a trecentis decem et octo in Nicæa collectis sub beatæ memoriæ Constan-
tino et Nestorium innouantem hanc fidem conprehendentes artibus sermonibus et
subintroducitis seductionibus nocentem pietatis sensum sacerdotali gradu deposuimus, 25
ueluti quandam pestem sermonem eius || per || ecclesias serpentem inhibere uolentes.
sed quoniam aliquos inuenimus etiam episcoporum iam titubantes et quæ eius sunt,
sapientes et illius blasphemia tractos, uniuersos eos qui secundum eum sapiunt, ex-
communicatos effecimus, donec recedentes a corrupta illius doctrina ad cognitionem
ueram apostolicamque reuertantur fidem, in qua olim incumbentes salui omnes 30
3 || efficiemur ||. sed nos quidem ad correctionem consistentium in errore decreuimus
hæc, eorum pænitentiam sustinentes; ipsi uero cum sint triginta numero paulo plus
(erant enim aliqui inter eos etiam ex aliis culpis canonibus subiacentes, assumentes
quoque reuerentissimum episcopum || Antiochenum || Iohannem, || qui || et ipse ex

44 *Græce extat in V 102 S 70 A 49*

C [= um], T [= pq], S [= wr]

| | | | | | | | | |
|------------------------------|-----------------------------|---------------|-------------------------|-------------------------|-----------------------|-------------------|------------------|------------|
| 1 | quadam parte <i>T</i> | 2 | eis <i>m</i> | 3 | uiros <i>om. TS</i> | expectit <i>p</i> | 4 | constituti |
| sunt <i>v</i> | orationes <i>S, corr. S</i> | 5 | apprehenderunt <i>m</i> | apprehenderint <i>v</i> | non — et] | | | |
| nullius insolentiae <i>S</i> | 6 | præpositiones | <i>T</i> | positiones <i>w</i> | fama <i>pS om. q</i> | 7 | apostolo | |
| Iohanne] apostolone <i>p</i> | Appollonen <i>q</i> | 8 | locorum <i>TS</i> | ipsi <i>v om. TS</i> | et* <i>om. TS</i> | | | |
| 9 | iniuriatos <i>S</i> | 11 | omnem <i>p</i> | perniciem <i>C</i> | arrogantiam <i>TS</i> | 12 | et <i>om. TS</i> | |

49 Cyrillus Theopempto Potamoni Daniheli dilectissimis et comministris in domino salutem. Plurimæ contra nos factæ sunt illic || accusationes || tam || quod quasi || ab Alexandria sequentibus nos de balneo multis quam || quod quasi [a] || canonicabus egredientibus; sicut autem aiunt, dicitur a derogantibus quia etiam per machinationem 5 meam et non secundum intentionem sancti concilii damnationem Nestorius passus est. sed benedictus saluator, qui talia dicentes redarguit. ueniens enim ad Ephesum dominus meus || magnificentissimus et gloriosissimus || comes sacrarum largitionum Iohannes reprehendit hæc obloquentes, nihil inueniens ueritatis. uidit autem quia propriam instantiam sancta synodus pro fide haberet, || et || neque mihi donans nec 10 alteri cuiquam, sed sancto zelo mota et non ferens illius blasphemias damnauit eum. lectis autem litteris piissimorum et Christo amabilium principum, per quas trium damnationes dicebantur esse susceptæ, custodiebamur || interim ||, neque scientes quod euenturum esset. uerumtamen gratias || agamus || Christo, quando digni efficimur pro nomine eius non uincti fieri solummodo, sed etiam || alia || omnia su- 15 stinere; non enim || res hæc || sine mercede est. non autem passa est synodus communicare Iohanni, sed instat dicens: ecce corpora, ecce ecclesiæ, ecce ciuitates; potestatem habetis. nos communicare impossibile est Orientalibus, nisi soluantur quod ex eorum calumnia machinatum est aduersus comministros nostros, et confiteantur fidem rectam. reprehenduntur enim quæ Nestorii sunt, || et || loquentes et sapien- 20 tes et confitentes.

Omnis ergo constantia in his est; orent pro nobis omnes orthodoxi. sicut enim ait beatus Daud, ego in flagella paratus sum.

Ps. 37, 18

Sermones diuersi sanctissimi archiepiscopi Cyrilli dicti apud Ephesum collectis celebratis damnato hæretico Nestorio et excommunicatis factis Orientalibus a sancto 25 concilio

SERMO PRIMVS DICTVS IN MAIORE ECCLESIA QVÆ VOCATVR MARIA

50 Diues est et hodie dominus noster Iesus Christus, || et || dei et patris sortem propriam habens. flectetur enim ei, flectetur omne genu, et omnis lingua Phil.2,10.11 || confiteatur || quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. 30 ipsi || regnum || in sæcula sæculorum. amen.

EIVSDEM DICTA IN IOHANNIS EVANGELISTÆ || BASILICA ||

51 Sanctorum quidem || et || honore et gloria || minor est omnis || quilibet sermo; fuerunt enim || luminaria || in mundo uerbum uitæ optinentia secundum Phil.2,15.16

49 Græce extat in V 104 S 74 A 46 50 Græce non extat 51 Græce extat in V 76 S 78
C [= *vm*], T [= *pq*], S [= *wr*, usque ad 23]

1 *om. TS*

| | | | |
|----------------------------------|----------------------------------|------------------------------------|---|
| 3 detractioes <i>TS</i> | quod quasi <i>om. TS</i> | 4 quod quasi a <i>v a m om. TS</i> | cano- |
| nibus <i>v</i> | 7 quia <i>p</i> | 8 dominus <i>p</i> | magnificentissimus et gloriosissimus <i>om. T</i> |
| 10 et <i>om. TS</i> | 11 referens <i>C</i> | 13 susceptas <i>m</i> | interim <i>om. TS</i> |
| agimus <i>T</i> | 15 alia <i>om. T</i> | 16 causa <i>TS</i> | 14 ei uenturum <i>C</i> |
| 20 repræhendunt <i>v</i> | et ¹ <i>om. TS</i> | 21 confidentes <i>p</i> | 18 habebitis <i>S</i> |
| 24 diuersi et <i>m</i> | dicta <i>p</i> | 28 et ² <i>om. T</i> | 29 flectitur <i>T</i> |
| genu <i>vT</i> et genua <i>m</i> | 30 confitebitur <i>p</i> | confitetur <i>q</i> | 31 dominatio <i>T</i> |
| 32 dictum <i>p</i> | iohannis <i>vp</i> | beati iohannis <i>m</i> | ecclesia sancti <i>q</i> |
| <i>om. q</i> | 33 et ¹ <i>om. vT</i> | memor est omnis <i>C</i> | omnis [omnium <i>q</i>] minor est <i>T</i> |
| | | | 34 lumina <i>T</i> |

- quod scriptum est. || unde a diuina || mysteria || loquentibus || decet ab omnibus
Mt. 10, 20 dici ad eos: non uos estis qui loquimini, sed spiritus patris || uestri ||
qui loquitur in uobis. || prædicauerunt || enim nobis Iesum, lumen uerum, uitam
Ps. 65, 4 æternam, cui et nos dicimus secundum uocem beati Dauid: omnis terra adoret
te et psallat tibi, || psalmum dicant || nomini tuo. cum adhuc enim || per- 5
latum || per Mosen || staret || mandatum, nondum euangelicis prædicationibus illatis,
Ps. 75, 2 notus erat in Iudæa deus, in Israhel magnum nomen eius. suptilis
Ex. 4, 10 enim uocis erat et || tardæ || linguæ Moses; propterea et in sola audiebatur Iudæa lex.
Hebr. 2, 14 cum uero lumen nobis resplenduit uerum et proxime nobis participatum est sanguine
et carne deus existens uerbum, plena facta sunt omnia eius: ubique templa et altaria, 10
ubique chori et adoratores et pastores boni et rationalium ouium greges, angustas
ostendentes præ multitudine sacras aulas. ante nostri enim saluatoris aduentum
Rom. 1, 25 terrenum errabat genus; colebant enim creaturam citra creatorem; adorauerunt
|| enim || opera suarum manuum et unicuique errantium deus erat quod placuisset.
sed inluxit nobis, sicuti dixi, unigenitus dei || sermo ||, pastor bonus, agnus uerus, quem 15
sancta dei genetrix et inexperta nuptiarum ex uirginalibus lumbis nobis peperit,
germen uiuificans, inhumanatum deum, liberum in serui forma, secundum nos propter
nos et supra omnem creaturam, subditum secundum nos et in gloria deodecibilem,
Phil. 2, 7 semet ipsum humiliantem et consedentem patri, qui semet ipsum exinaniuit et ex
Ioh. 1, 16 propria plenitudine distribuit bona sanctis, adorantem nobiscum humane et adoran- 20
Hebr. 1, 6 dum tamquam deum non in terra solum, sed etiam in cælo. dum enim inquit,
introducitur primogenitum in orbem terrarum, dicit: et adorent eum
omnes angeli dei. quis || ergo || est qui ingressus est in orbem terrarum?
quo autem omnino delatus est modo? imbue nos, euangelista; || dic et || nunc, || beate
Mc. 3, 19 Iohanne ||, qui filius uocatus es tonitruui, magnum aliquid et eximium sonans sub cælo. 25
immortales || habes || uoces, et obliuio atque tempus tuis cedunt sermonibus. || ecce ||
Gen. 29, 10 tanta pastorum congregatio uenit apud te: reuolue nobis lapidem, sicut beatus Iacob
pastoribus reuelauit puteum uitæ; da haurire et nunc ex || fontibus || saluatoris, magis
Ioh. 1, 1 autem tuum nobis appone fontem. audiamus itaque dicentem: in principio
erat uerbum, et uerbum erat apud deum, et deus erat uerbum. hoc 30
erat in principio apud deum sed quia quidem unigenitum dei uerbum
ineffabilem habet ex patre essentiam, credidimus; adde quod minus est nobis, euan-
Ioh. 1, 14 gelista. audi rursus dicentem: et uerbum caro factum est, hoc est homo.
factus est autem homo unigenitum dei uerbum, non amittens esse deus, sed etiam in
adsumptione carnis manens quod fuit. inconuertibilis enim est et immutabilis 35
Iac. 1, 17 uerbi natura et nescit pati || conuersionis || obumbrationem. hæc sapere || docuit
nos || beatus euangelista, stella uere magna atque clarissima, stella utillima non his
qui sensibile transeunt mare, sed mercatoribus pietatis, ueritatis amatoribus, recte

C [= *vm*], *T* [= *pg*]

I unde a diuina *C* quando autem sacra *T* locuntur *T* 2 uestri *om. p* 3 præ-
dicauit *p* prædicant *q* uerbum *p* 4 et *om. C* 5 psalmum dicant [*dicat v*] *C* psallant *p*
psallat *q* 5/6 prolatus *T* 6 moysen *Cq* tenet *p* teneret *q* nondum enim *p* 8 enim
uobis *m* uocis enim *p* uocis *q* paruæ *T* moyses *Cq* 12 enim *nri v* 13 genus
errabat *q* 14 enim *om. T* 15 uerbum *T* 17 formam *C* 19 considentem *T*
23 enim *T* 24 dic et *C* dicit *p* dicito *q* o beate *T* 25 iohannes *vT* 26 habens *T*
hæc *T* 28 reuelauit *q* releuauit *Cp* fontibus *C* ueritate *T* 29 audiamus — dicentem
om. v 31 unigenitus *m* 32 credimus *Cq* 34 unigenitus *m* 36 mutationis *T*
36/37 nos docuit *T* 37 uera magna *v* magna uera *m*

habere uolentibus || et || ine[na]rrabilem fidem. si quis ergo concupiscit hoc nauigare modo, uelut stellam habeat deiloqui uoces in animo, et ita amaros hæresum transiliet fluctus, ita ad tranquillum accedet portum et ad ipsam perueniet ueritatem, hoc est Christum, cum quo patri gloria et potestas cum sancto spiritu in sæcula sæculorum. amen.

EIVSDEM CONTRA IOHANNEM || ANTIOCHENVN DE HIS QVI SE SEPARAVERVNT || 5

52 Caritatis || in deum || uirtutem || a sacra || docemur || scriptura ||, nihilo minus autem et ipse nos saluator || docuit || dicens: qui me diligit, me sequatur, et Ioh. 12, 26 ubi sum ego, ibi et minister meus erit. oportet enim nos semper simul esse, diligere, sequi omnium nostrum saluatorem Christum nulloque modo ab eo separari, et hoc seruabimus, dum uoluerimus ea quæ eius sunt. hoc impleuit clarus iste 10 sacerdotum chorus, de quibus dicitur || nunc || et satis iuste, quod prophetae uoce || prolatus || est: illic cerui obuiauuerunt sibi et uiderunt uultus alternos. Ies. 34, 15. 16 numero transierunt, et unus eorum non periit; alter alterum non quæsiuit, quia dominus mandauit eis et spiritus eius congregauit eos. non enim communis cuiusdam rei gratia siue terrenæ forsan intellegibilium ceruorum 15 hic concursus est factus; quia uero sicut in horto bono et florentissimo, dico autem nostri saluatoris ecclesia, sæuus et ualde crudelis apparuit draco, non unum habens sed plurima in uno corpore capita, utillima et necessaria facta est intellegibilium ceruorum congregatio atque præsentia, ut uenenosa prauitate agrum dominicum liberaret. ergo dei spiritus congregauit eos et dominus mandauit eis. quid autem mandauit? 20 ubi sum ego, illic et minister meus sit. igitur (ad te mihi nunc sermo Ioh. 12, 26 sit qui || elatus || aduersus omnes supercilium eleuasti ex Orientalibus regionibus ueniens) si || omnes || sumus ministri omnium nostrum saluatoris Christi, si commissum nobis est ministerium prædicationum eius, cur non omnes sumus cum eo uolentes sapere quæ sunt eius? leuauit enim, ut uides, multi capitis draco scelestum profanumque 25 caput, filiis ecclesiæ || suæ uesaniæ || uenena diffundens. uenio contra eum spiritus euaginans gladium, pugno propter Christum cum bestia: cur non laboras cum eo qui Eph. 6, 17 bene uult laborare? cur non pariter adstitisti? percutiatur omnium manu, commune certamen iudicemus, ut et simul uincentes referamus gratias saluatori dicentes: tu humiliasti sicut uulneratum superbum, tu conteruisti capita 30 Ps. 88. 11 draconum. sed nos quidem || peculiare sacerdotes saluatoris ||, eius sacramentorum Ps. 73, 13 ministri, || inimicissimos || æstimamus eos qui oblocuntur gloriæ eius; tu uero non ita || umquam ||. quia uero non accedis germane ad hoc, res te ipsæ redarguunt. uides nos uelut in bello squalentes, adhuc destillantes || de || pugna sudorem, longanimitate spiritali et consolatione indigentes aut potius iam uictores; et tu, qui con- 35 stitutus es inter || nos ||, qui tibi Christum dominum || ascribis ||, qui coarmari debuisti,

52 *Græce extat in V 78 S 79*

C [= um], T [= pq]

| | | |
|------------------------------------|--|--|
| 1 et om. <i>vT</i> | inerrabilem <i>scripsi</i> inenarrabilem <i>CT</i> | 2 deiloquas <i>v</i> deiloquos <i>m</i> |
| 3 accedat <i>v</i> accep̄ <i>m</i> | perueniat <i>v</i> | 4 xps <i>C</i> |
| 5 antiochiæ <i>p</i> | de — separauerunt om. <i>T</i> | 6 diuinæ <i>T</i> per sacram <i>T</i> scripturam <i>T</i> |
| 7 edocuit <i>T</i> | 8 ego sum <i>C</i> | 10 seruauimus <i>T</i> carus <i>m</i> 11 nunc om. <i>T</i> [= <i>I</i>] |
| prophetiæ <i>C</i> | 12 probatum <i>T</i> | 17 ecclesiæ <i>p</i> 21 meus est <i>m</i> est meus <i>v</i> 22 quia <i>C</i> |
| elatus om. <i>T</i> | 23 omnes om. <i>T</i> | 24 predicationis <i>vg</i> 25 multi capitis om. <i>v</i> 26 sui |
| sceleris <i>T</i> | 31 peculiare — saluatoris <i>C</i> ueri saluatoris sacerdotes <i>T</i> | 32 hostes <i>T</i> 33 um- |
| quam om. <i>T</i> | 34 ueluti <i>C</i> ex <i>T</i> | 36 est <i>p</i> nos <i>C</i> fratres <i>T</i> [= <i>I</i>] inscribis <i>T</i> |
| quia armari <i>m</i> | | |

- contra ueritatis dogmata arma moues. o inopinabilis causa: non tetigisti pugnam, non decertasti cum decertantibus, fugisti belli tempus aduentus tarditate, stabas procul inspiciens uiriliter agentes, uidisti cadentem inimicum, deficientem et confossam blasphemam linguam; postea contristatus es. dicito mihi, pro qua causa? quia uicit Christus, quia præualuit inimicis, quia tacuit os loquens magna, 5 quia cessauit languor ecclesiæ filios uexans? sed erat melius fortiter agere nobiscum.
- Ps. 138, 21. et illud quoque dicere quod Dauitica uoce prolatus est: nonne odientes te, domine, 22 odiui, et super inimicos tuos tabescebam? perfecto odio oderam || illos ||, inimici facti sunt mihi. sed || nullus || quidem omnino apud te talium sermo fuit, e diuerso autem uictores iacularis et inuidiæ sagittis uulnerare con- 10 tendis quos oportebat magis a te sub ammiratione laudari. sed licet ipse || accedas ||
- Ps. 63, 8. 9 dure, nihil metuentes dicimus: sagittæ paruolorum factæ sunt plagæ eorum, et defecerunt in eis linguæ ipsorum. licet armis extrinsecus temet ipsum
- 2 Cor. 10, 4 muniens castra statuere nitaris contra congregationem domini, sed nostra arma non carnea, sed potentia domino sunt, sicut scriptum est, potentia || uero || ad 15 destructionem munitionum. || fortiores || inuenies quam apud te sunt, Christi
- Eph. 6, 16. milites; || habent || scutum fidei, bonæ uoluntatis arma, hoc est Christum, habent 14. 17 || lorica iustitiæ, salutarem galeam, || gladium spiritus. quocirca licet insurgas atrox atque terribilis plurimumque habens supercilium et secundum superbum Goliam barbaricis adrogationibus et ineruditionibus aduersum nos intumescas, sed tamen 20 uincet Christus, uincet autem per suos milites. quomodo uicit Daud? quinque lapides habens in pera. lenes autem erant lapides; et hoc || fecerat || in figura Christi. || quæ || enim est Christi pera? || hæc quæ in terra est || ecclesia, multos
- Zach. 9, 16 habens lapides pretiosos et electos, de quibus et propheta dicit quia lapides sancti uoluuntur in terram. per istos sanctos lapides præualebit Christus. lenes 25 autem erant lapides, sicuti dixi, lapidum || uero || lenitas significat hoc quod capi non possit. semper enim quod lene est, || quodam modo || non tenetur; indetenebilis || est autem sanctorum || conuersatio. igitur || uincet || Christus. uel si ualueris uulnerare, etiam sic deuicit; uel si ex calliditate nocueris, coronasti nolens.
- Phil. 1, 29 nobis enim donatum || est || pro Christo non solum in eo credere, sed etiam pro eo 30
- Ioh. 3, 18 pati. qui enim credit in eum, non iudicatur; qui uero non credit, iam iudicatus est.

ITEM EIVSDEM

- 53 Oportebat quidem sufficere in præcedentium doctorum eruditionibus et sacris repletos poculis honorare satietatem; quia uero uideo ad audiendum audissime constitutos, age et nos pauca dicamus præcedentibus consequentia. est igitur indu-

53 *Grace extat in V 75 S 80*

C [= vm], T [= pq]

| | | |
|---|--|--|
| 1 inopinatalis <i>v</i> inopinetalis <i>m</i> | 2 bellum temporis [temperas <i>m</i>] <i>C</i> | aduenientis <i>v</i> |
| tarditatem <i>m</i> | 3 agens <i>v</i> | 9 illos et <i>vq</i> eos <i>T</i> [= <i>Γ</i>] |
| 10 sermo fuit talium <i>v</i> | 11 procedas <i>T</i> | 15 uero <i>om.</i> <i>T</i> |
| 17 habentes ¹ <i>T</i> | habentes ³ <i>q</i> | 16 distinctionem <i>m</i> |
| corr. <i>p</i> | 22 fecerat <i>C</i> erat <i>T</i> [= <i>Γ</i>] | 21 uincit <i>p</i> |
| om. <i>T</i> | 27 quodam modo <i>om.</i> <i>T</i> | 23 qualis <i>T</i> |
| scorum <i>C</i> autem eorum est <i>T</i> | uincit <i>T</i> | 27/28 indetenebilis <i>mq</i> indetenebilis <i>p</i> |
| 33 item <i>om.</i> <i>p</i> | 34/35 sacris repletos <i>T</i> satis repletis <i>C</i> | 30 est <i>om.</i> <i>T</i> |
| cidendum <i>p</i> præcedentium <i>q</i> | | 31 eo <i>p</i> |
| | | 35 societatem <i>C</i> |
| | | 36 præ- |

bitatum quia in Christi fauoribus clarus sanctorum nobilitatur chorus et exultationem
 || suam || facit || eo quod peculiariter in eum habeat caritatem ||. itaque beatus
 propheta Esaïas ad eum alicubi dicit: domine deus meus, glorificabo te, Ies. 25, 1
 hymnum dicam nomini tuo, quia fecisti mirabiles res. beatus quoque
 propheta Dauid lingua mea, inquit, meditabitur iustitiam tuam, tota die Ps. 34, 28
 laudem tuam. sed hæc quidem sanctorum intentio; maligni uero et erronei 6
 magnum et uenerabile et profundum inhumanationis unigeniti nescientes || secretum ||
 blasphemant incaute incontinens os et sine portis aperientes. ergo audiant ad se
 dicentem prophetam Esaïam: uos autem || accedite huc ||, filii iniqui, semen Ies. 57, 3. 4
 adulterantium et fornicariæ: in quo epulati estis et super quem ape- 10
 ruistis os uestrum? nonne uos estis filii perditionis, semen inicum?
 filii enim perditionis pro ueritate et inicum semen sunt qui redimentem se dominum
 denegant. empti enim sumus pretio magno et non corruptibilibus 1 Cor. 6, 20
 argenti aut auri, sed pretioso sanguine tamquam agni immaculati 1 Petr. 1,
 et inuiolati Christi. sanguis autem hominis communis et unius secundum 15 18. 19
 nos quomodo potuit totius terrarum orbis dignus fieri? quomodo autem etiam
 unus pro omnibus mortuus est, ut omnes ditaret? quomodo eius facti sumus qui
 uerum et natura deum || nobis ascribimus ||? quomodo eum colimus qui adorare Rom. 1, 25
 creaturam præter creatorem declinamus? sed, sicut dixi nuper || quodam
 modo ||, ingrati sunt quidam saluatoris nostri mansuetudini, negant dominum, re- 20
 pellunt seruitii iugum, ut et de istis dicat Christus per uocem Esaïæ: uæ eis, quia Os. 7, 13
 exiliuerunt a me; infelices sunt, quia impie egerunt in me, ego autem
 redemi eos, ipsi uero locuti sunt aduersum me mendacia. mentiuntur
 enim contra saluatoris nostri gloriam et eminentiam Pharisæorum prauitatis et
 || uesaniæ || imitatores, || qui || Christiani quidem uultum induunt semet ipsis, Iudai- 25
 zantem uero mentem et linguam habentes amaram ac uenenosam, ut etiam ad eam
 dicat Christus per uocem Hieremiæ: ecce ego ad te || iniuriatricem ||, dicit do- Ier. 50, 31
 minus. Iudæi siquidem || antiqui || olim surgebant aduersum || omnium || saluatorem
 Christum, insiliebant ueluti bestię, lapidibus cædebant benefactorem et saluatorem;
 deinde ad eos dicebat saluator: multa || bona opera || ostendi uobis a patre Ioh. 10, 32
 meo; propter quod horum opus me lapidatis? at illi ad eum dicebant: 31
 de bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, quia tu cum Ioh. 10, 33
 homo sis, facis te ipsum deum. hæc antiquorum Iudæorum contra salua-
 torem nostrum sunt crimina; || eorum || autem || perniciæ et uesaniæ || æmulatores
 rursum queruntur dicentes: cur tu, cum homo sis, facis te ipsum deum? 35
 o stulte et abominandissime, non intellexisti sacramentum. non enim cum homo
 esset, || semet ipsum || fecit deum, sed deus existens naturaliter factus est homo incon-
 uertibiliter et inconfuse; ex deo patre ineffabilem habens natiuitatem pertulit natiui-
 tatem secundum carnem ex muliere et appellatus est filius hominis, ut nos saluos

C [= *vm*], *T* [= *pq*]

| | | |
|--|--|--|
| 2 suam <i>om. T</i> | eo — caritatem <i>C</i> eius germanitas caritatis <i>T</i> | 5 dauid propheta <i>C</i> |
| mea <i>om. C</i> | 7 sacramentum <i>T</i> | 8 incontinentes <i>v</i> hos <i>C</i> |
| 15 inuiolati <i>T</i> immaculati <i>C</i> | 16 orbis terrarum <i>v</i> | 18 nobis ascribimus <i>m</i> ascribimus nobis <i>v</i> |
| inscribimus <i>T</i> | 19/20 quodam modo <i>om. T</i> | 20 quidam <i>T</i> qui dñi <i>C</i> mansuetudinem <i>v</i> |
| dominique <i>C</i> | 25 sceleris <i>T</i> quia <i>T</i> | 26 habentem <i>p</i> ac] et <i>m</i> |
| 28 antiqui <i>om. T</i> , olim <i>delendum erat correctori</i> | aduersus <i>T</i> | omnium nostrum <i>T</i> |
| bona <i>T</i> | 34 illorum <i>T</i> arrogationis et sceleris <i>T</i> | 35 rursus <i>T</i> |
| se <i>T</i> ipsum <i>om. T</i> | 38 diuinitatem <i>C</i> | 38/39 secundum carnem natiuitatem <i>v</i> |
| | | 37 esset <i>om. m</i> |

faceret. factus est secundum te propter te et mansit propter se quod fuit. co-
 gnosce igitur in carne factum unigenitum, confitere esse deum qui propter nos inhu-
 Ics. 52, 6 manatus est. || tibi se || præsentaui dicens: ipse qui loquor, adsum. locutus
 etenim est antiquioribus legem per Moysen, aduenit autem cum carne. suscipe
 protestantes sanctos prophetas. quid ait Baruch, solum non manu demonstrans 5
 Bar 3, 36-38 Emmanuhelem? hic deus noster, non reputabitur alter ad eum. adin-
 uenit omnem uiam disciplinæ et dedit eam Iacob puero suo et Israhel
 || dilecto || suo. et postea in terra uisus est et || cum hominibus || con-
 Ps 49, 3 uersatus || est ||. psallit || autem || etiam beatus Daud de ipso: deus noster
 || manifeste || ueniet. uis attestari tibi etiam noui testamenti prædicatores? 10
 Lc. 3, 4 audi dicentem Iohannem baptistam: parate uiam domini, rectas facite se-
 mitas dei nostri. uis et aliam satisfactionem super istas accipere? pro-
 Act. 2, 30 misit deus beato Daud ex fructu lumbi eius sedere super sedem eius
 at ille, || et certe || gaudens in hoc ualde, et ipsum natiuitatis modum perscrutabatur
 Ps 131, 3-5 licebit ergo audire || dicentem ||: si ascendero in lectum stratus mei, si dederò 15
 somnum oculis meis aut palpebris meis dormitationem et requiem
 temporibus meis, usque quando? || donec quid comprehendas? || donec || in-
 ueniam || locum domino, tabernaculum deo Iacob perscrutaris partum,
 o beate Daud? approbo desiderium, laudo patientiam, sed si quid didicisti amplius,
 denuntia et nobis ubi erit natiuitas et in quem putas fiet locum? audi palam 20
 Ps 131, 6 dicentem: ecce audiuimus eam in Efrata, inuenimus eam in campis
 siluæ. Efrata dicens, significat Bethleem. et attestatur deus per unum sancto-
 Mich 5, 2 rum prophetarum: et tu Bethleem, domus Efrata, || paruola || es ut sis in
 milibus Iudæ. ex te enim mihi procedet, ut sit in principem || in || Is-
 rahel, et egressus eius a principio ex diebus sæculi. audis quia Bethleemitem 25
 Ioh. 1, 1 secundum quod factus est homo, a principio sæculi egressus habere confirmat; in
 principio enim erat uerbum. sed confundor, inquit, deum confiteri ex muliere
 natum. dicito mihi, increpas ergo sacris consiliis, negas dispensationem, resistis
 domini uoluntatibus? || sic || uoluit saluum facere terrarum orbem. ne sapien-
 tior es a sapientia? o inopinabilis causa: lucerna cum sole contendit. || scit || 30
 suorum operum uiam omnium dominus. suscipe igitur dispensationem, honoremus
 fide || mysterium ||, noli perscrutari quæ ultra mentem sunt, noli || discutere || quæ
 ultra rationem. crede nobiscum. si autem manseris || incredulus ||, ille fidelis per-
 manet et negare non potest semet ipsum. ipsi gloria et potestas cum sancto spiritu
 in sæcula sæculorum amen.

([= *vm*], 7 [= *pq*]

2 carneni *mp* deum *om* C 2 3 humanatus *m* 3 tibi se C semet ipsum tibi
 se [se *om* *q*] T 8 electo T et¹ *om* C inter homines T 9 est *om* T autem
 etiam *m* autem *v* etiam T 10 manifestus T 11 beatum Iohannem euangelistam C do-
 mino C 14 et certe *om* T præscrutabatur *p* 15 licet *m* dicentem eum T [= I]
 16 somnium *p* 17 temporibus C donec — comprehendas C dum uenias [ueniat *q*] I
 17, 18 inueniam inquit T 18 paratum *m* 19 si *om* C 20 donuntia *p* 21 eum¹ C_q
 efratham *p* eum² C 23 prophetarum *om. m* parua T 24 in² *om* T 25 eius sicut *m*
 27 dñ dñ C 29 si T 30 esset *v* a *om. C* scit C noluit *p* nouit *q* 31 de C
 32 sacramentum T requirere T 33 inobædiens T 34 cum — spiritu *om. C*
 35 amen *om. C*

ITEM EIVSDEM

54 Qui sacras respiciunt scripturas, cor sapientem habent, operibus bonis discipli-
 natum et recta fide clarum; scientiæ autem ueræ amor uitæ terminum habet. et satis-
 facit ad hoc nobis ipse saluator, ad cælestem patrem et deum sic dicens: hæc autem Ioh. 17, 3
 est æterna uita, ut cognoscant te solum uerum deum et quem misisti 5
 Iesum Christum. ergo coniuncta est de patre scientiæ et de filio, et ita est
 causa uiuificans; quando uero separatur alterum ab altero, claudicat omnino scientia.
 sic et dominus noster Iesus Christus Iudæorum populis loquebatur dicens: neque Ioh. 8, 19
 me nostis neque patrem meum; si me sciretis, et patrem meum
 || utique || sciretis. et rursus putabant Iudæi suos patres in monte naturaliter 10
 et uerum uidisse deum, quando descendit in specie ignis in monte Sina; æstimabant Ex. 19, 18
 enim pro ueritate audisse uocem eius. huius rei gratia mirati quidem sunt sacra-
 tissimum Mosen, diminuens || autem || dominum nostrum Iesum Christum propter
 humanitatem || uesane || dicebant: nos scimus quia Mose locutus est deus, Ioh. 9, 29
 hunc autem nescimus unde est. quid ergo ad hæc Christus? amen Ioh. 5, 37. 38
 dico uobis, neque speciem eius alicubi uidistis neque uocem eius 18
 audistis et uerbum eius non habetis manens in uobis, quia quem
 misit ille, huic uos non creditis. uere dicit omnino ueritas. non
 enim erat in monte Sina natura dei quæ uidebatur, sed potius ignis, factæ sunt autem Exod. 19,
 et uoces tubæ, fumus autem erat ||, qui multiplex uolebatur ||, et ueritatis figuræ 20 18. 19
 præostendentes ueritatem. descendit enim omnium deus in specie ignis in monte
 Sina. et propter quam causam in specie ignis? quia enim futurus erat deter-
 minare eis legem, in specie ignis tunc maxime utiliter apparebat, ut scirent transgres-
 sores quia aduersus ignem haberent. sic etiam beatus Moses, temperatior efficiens 24
 formidine delinquentes, sæpe || alloquebatur ||: deus noster ignis consumens Deut. 4, 24
 est. factus est autem et fumus || multiplex || et tenebræ, || tenebris || quidem inca-
 pabilitatem diuinæ scientiæ urbane nobis || ostendentibus ||, || fumo || autem || docente ||
 figuraliter quia eos qui contemnere uolunt sacras leges, modis omnibus lacrimæ sub-
 secuntur; lacrimari namque necesse est oculum corporis in fumo. igitur Iudæi
 quidem non uiderunt speciem patris, nos autem eam uidimus in Christo; est enim 30
 ipse || integerrima || pulchritudo genitoris, || figura et || splendor. nam licet ad- Hebr. 1, 3
 prehenderit carnem et sanguinem deus existens uerbum et appellatus sit filius hominis,
 non exanime neque sine mente corpus suscipiens, sicut ait insanæ mentis et hæreticus
 Apollinaris, sed tamen permansit etiam sic deus.

|| Sic || sanctis patribus suum || secretum || per tempora reuelabat, et multa 35
 quidem ualde horum probatio est in sanctis prophetis; quia uero oportet || proferri ||

54 Græce extat in V 77 S 81

C [= um], T [= pq]

| | | | | |
|---------------------------------|----------------------------|-----------------|-----------------------|------------------------|
| 1 item om. mp | 2 sapiens vq | 3 scientes C | ueræ T quod uerus C | non |
| habet C | 4 nobis ad hoc vq | 5 uita eterna m | deum om. p | 6 de patre scripsi |
| dei patris CT | scientia C | 10 utique om. T | sciebatis p | 11 uere v |
| 13 moysen Cq | autem C om. p | 14 scelestus T | moysi vq moyses m | deus |
| om. p | 16 eius ² om. m | 18 ille misit C | 20 qui -- uolebatur C | accensus T [= I] |
| 21 præostendentes q | præostendentem p | prædicentes C | 24 moyses Cq | 25 loquebatur T |
| 26 multiplex om. T | [= I] | tenebræ T | 27 ostendunt T | fumo m fumum v fumus T |
| docentibus m docentes v docet T | 30 uidemus v | 31 uerissima T | figura et C | |
| figuræ T | 34 apollinaris mq | apollinarius v | 35 ita T | sacramentum T |
| scrutari T | | | 36 per- | |

particulatim, age, monstremus ex || Genesi || libro hominem || uisum || filium et deum
 nominatum. itaque beatus Iacob Mesopotamiam relinquens ad patris domum denuo
 Gen. 32, 22 remeabat, et duas filias Laban sumens et ex eis sibi filios procreatos transposuit
 Iaboc; nomen || est autem || hoc torrentis. sed, sicut ait scriptura diuinitus inspi-
 Gen. 32, rata, transpositis filiis et uxoribus remansit Iacob solus et luctabatur cum 3
 24-26 eo homo usque ad mane. et uidit quia non potest ad eum, et tetigit
 neruum femoris eius et aruit neruus femoris Iacob, cum luctaretur
 cum eo. et dixit, inquit, homo qui luctabatur cum Iacob: dimitte me;
 ascendit enim matutinum. ille uero dixit: non te dimittam nisi
 ibid. 29. 30 || benedixeris ||. et benedixit ei ibi, et uocauit Iacob nomen loci 10
 illius species dei; uidi enim deum facie ad faciem, et || salua facta ||
 est anima mea. o sapientia sanctitate decibilis: hominem uidet luctantem
 secum et dicit patriarcha: uidi deum facie ad faciem, et || salua facta || est
 anima mea. intellexit enim mox || humanationis || sacramentum reuelante ei
 spiritu sancto. uerumtamen illud obserua: tota nocte luctabatur cum eo; cum 15
 uero mane fuisset factum, dimitte me, inquit; ascendit enim matutinum.
 || quidnam || putas figura significat? his qui uelut in tenebris et nocte consistunt
 et ignorationis caliginem habent in cor et in mentem, luctatur et repugnat Christus,
 inimicos enim æstimat eos; cum uero eis ortus fuerit in mente intellegibilis lucifer,
 quando uelut quidam dies uerum diuinæ scientiæ resplenduit lumen, tunc resoluit 20
 pugnam. luctatur etenim et præliatur aduersus eos qui uelut in nocte et tenebris
 obscurum et sine luce cor habent, non uero pugnat aduersus eos qui in lumine sunt,
 || qui || habent in mente intellegibile matutinum. suscipe igitur, homo, intelle-
 gibilem luciferum, resplendeat tibi ueritatis lumen, quiesce repugnans Christo. nescit
 uinci, uincit autem semper et omnino. licet factus sit nunc homo unigenitum dei 25
 uerbum, tamen non destitit esse naturaliter deus, inconuertibilis et immutabilis
 existens. ipse igitur est et ex patre tamquam uerbum, et ex muliere homo secundum
 1 Cor. 8, 6 carnem. unus enim deus pater, ex quo omnia, || et unus dominus Iesus
 Christus, per quem omnia; || ipsi gloria in sæcula sæculorum. amen.

ITEM EIVSDEM

30

55 1 Beatus propheta Daud in deo confidentes audacissimos ostendit dicens: uiri-
 Ps. 30, 25 liter agite et confortetur cor uestrum, omnes sperantes in domino.
 plantationes etenim quæ in paradiso sunt, aquis uberrime defluentibus augentur et
 nutriuntur et ad celsitudinem || eleuantur || magnam; porro uiri anima sancti spiritus
 consolationibus irrigatur ad pietatem, firmatur ad fidem, inquassabilem suscipit pa- 33

55 *Græce extat in V 79 S 109*

C [= vm], T [= pq]

| | | | | | | | | | |
|----------------------|------------------------------|-----------------------|-----------------------------------|-------------------------|--------------------------|---------------------|-----------------------|-----------------|-------------|
| 1 | genesu <i>m</i> | generationis <i>T</i> | uisibilem <i>T</i> | 3 | sibi <i>om. C</i> | 4 | Iaboc] iacob <i>T</i> | | |
| iordanem | iacob <i>C</i> | autem est <i>T</i> | 7 | eius <i>om. C</i> | 8 | me <i>om. p</i> | 9 | dimittam te | |
| 10 | mihi benedixeris <i>T</i> | 11 | enim inquit <i>q</i> | salua facta <i>C</i> | saluata <i>T</i> | 12 | uidit | | |
| 13 | dn̄m <i>m</i> | saluata <i>T</i> | 14 | inhumanationis <i>T</i> | 15 | sancto <i>om. C</i> | 17 | quid | |
| 18 | corde <i>C</i> | mente <i>C</i> | luctabatur et repugnabat <i>p</i> | 19 | enim <i>om. C</i> | æstimat] | | | |
| et repugnat <i>m</i> | 20 | resplendit <i>p</i> | resplendet <i>q</i> | 23 | qui <i>C</i> et <i>T</i> | 25 | unigenitus <i>C</i> | 26 | naturaliter |
| esse <i>v</i> | naturaliter homo <i>m</i> | post homo <i>add.</i> | esse <i>m^{corr}</i> | 28 | deus <i>om. C</i> | ex quo <i>om. m</i> | | | |
| 28/29 | et unus — omnia <i>om. T</i> | | | | | | | | |
| 30 | item <i>om. p</i> | 31 | dn̄o <i>C</i> | 32 | qui speratis <i>m</i> | 34 | leuantur <i>T</i> | animam <i>p</i> | |
| 35 | consolationis <i>m</i> | in qua | stabilem <i>C</i> | | | | | | |

tientiam, quam uidelicet præcipue supra omnes alias uirtutes beatus Paulus ammiratus est || et || ita || dixit ||: non solum autem, sed etiam gloriantes in tribula- Rom. 5, 3-5
tionibus, scientes quoniam tribulatio patientiam operatur, patientia uero probationem, probatio uero spem, spes autem non confundit. est itaque patientia || omne || nobis || bonum procurans ||, iter ad bonam || pro- 5
fessionem ||, pabulum spei in sæculo futuro. adprehendamus itaque patientiam; || quemammodum ||, sacra docet scriptura || dicens: fili, || si accesseris ser- Sir. 2, 1. 2
uire domino, præpara animam tuam ad temptationem; dirige cor tuum 2
et contentus esto. sed forte dicit aliquis: non || enim || poterat aliter homo placere? non poterat præter laborem || perficere || posse quod bonum est? ne- 10
quaquam, inquit. et pro qua causa? multi namque ualde sunt sanctis inimici et atrox circa eos est bellum. propterea saluator ipse dicebat: tribulationem Ioh. 16, 33
habebitis in mundo; sed confidite, ego uici mundum. quocirca quoniam multum undique sanctorum bellum, ferre iuueniliter necessarium est eos inuasiones temptationum et meminisse dicente discipulo: beatus homo qui suffert 15 Iac. 1, 12
temptationem, quia probabilis effectus recipiet coronam uitæ quam 3
|| repromisit || diligentibus se. uolo autem aliquid antiquarum uobis exponere causarum, ut agnoscatis spiritualis fortitudinis terminum. Babyloniorum tyranni et qui apud eos sedes imperii gubernabant, præparati quodam modo semper fuerunt ad crudelitatem atque superbiam et humanitatis transcendentis terminos dignitatem 20
quæ soli qui super omnes est deo conuenit, in semet || ipsos || abripere nitebantur. denique superbus Nabuchodonosor statuit imaginem auream et clangentibus et bene Dan. 3, 1 sq.
sonantibus organis adorare iubebat populos sibi subiectos. at illi non inmeditatum habentes colere creaturam potius quam creatorem deum, paratissime quidem ad hoc Rom. 1, 25
pergebant mutaueruntque gloriam incorruptibilis dei in similitudinem ima- Rom. 1, 23
ginis corruptibilis hominis. cumque Hebræorum filios deduxissent ad medium 26
Babylonii (erant autem Ananias Azarias et Misahel), adorare || iuebantur imaginem auream || et nobile ac deo amabile genus || opprimebatur || ad simile || illis || labi peccatum, imaginem auream adorando. sed agebant quidem nihil; uicti autem amore quo illi tenebantur in deum, incendii eis intulere tormentum. crimen etenim erat 30
possidentibus fidei || firmitas || et fixis ad pietatem humanam refutare culturam et nolle sapere quæcumque diuinæ naturæ contumelias || inrogarent ||. cum uero missi fuissent in camino ignis, tunc itaque tunc ineffabilis uirtutis facta est magna probatio; mutabatur enim elementorum uirtus in hoc quod contra naturam est, et creatoris nutibus cedebat ignis et in spiritu roris sibilans flamma uertebatur. porro iuuenes 35 Dan. 3,
supernum sentientes auxilium caneabant in camino ignis, diuinis ymnis || mansuetum fa- 50. 51
4 cientes || ignem. ecclesiæ namque || figura || caminus || erat ||, sanctos habens exultantes,

C [= *um*], T [= *pq*]

| | | | | |
|--------------------------------------|--|---|--------------------------|-------------------|
| 2 et om. T | dicens T | 4 uero T | 5 omne C totius T | bonum procurans C |
| bonitatis occasio T | 5/6 professionem v | p̄fessionem m | probationem T | 7 et quemam- |
| modum T | dicit ergo [enim q] T | fili om. T | 9 enim om. T | 10 corrigere T |
| 11 sunt inimici ualde v | sanctis om. C | 13 quia ego m | 15 dicente discipulo m̄p | |
| dicentis apostoli um ^{corr} | dicente apostolo Iacobo q | 17 promisit p̄ | promisit deus q | 19 quo- |
| dadmodo p̄ | 20 terminos transcendentis C | 21 deo om. C | ipsis T | 24 potius |
| om. m | 27/28 iuebantur imaginem auream [auream om. v] C | auream iuebant imaginem T | | |
| [= I'] | 28/29 et nobile — auream om. m | 28 opprimebant T [= I'] | illis C sui T | |
| labe p̄ | 30 quod p̄ | deo p̄ | 31 firmitatem T | 32 inrogant T |
| itaque tunc om. v | 34 uirtutis m | creatoribus m | 36/37 mansuefacientes T | 37 figura — |
| erat m | caminus erat figura v | figuram caminus [caminis q] habebat [aberat p̄ ^{corr} habebat q] T | | |

non homines || solum ||, sed etiam angelos. ammiratus es uirorum uirtutem, laudasti patientiam, amoris diuini magnitudinem: uideamus in quibus sint ea quæ nostra sunt. illi siquidem sub tyrannis barbaris erant, nos autem sub sceptris piis, piissimos habentes eos qui omnium rerum optinent principatum. quomodo cedamus inimicis? nam etsi caminum accendunt insidiarum et flammæ suscitant scelus, hominis culturam nobis introducentes, sed nos habemus deum in cælo; ipsum adoremus. deus enim existens naturaliter, factus est secundum nos, non amittens esse 5 deus, sed honorans hominis naturam. potens ergo est eripere nos. nos enim fidem piissimorum sequentes imperatorum et || inhærentis || eis mansuetudinis magnitudinem scientes, aduersariorum || scæuitati non cedamus ||, confiteamur autem quia 10 deus secundum naturam est Emmanuhel; et hoc dicentes et ita constituti uberrimam Mt. 10, 32-33 lucrabimur retributionem. et quæ sit hæc, ipse docet nos dicens: omnis || igitur || quicumque confessus me fuerit coram hominibus, confitebor et ego eum coram patre meo qui in cælis est; quicumque autem negauerit me coram hominibus, negabo et ego eum coram patre meo qui in 15 cælis est. confitetur autem eum qui dicit quia || deus est uerus ||, et incredulis increpat; negat autem rursus qui non dicit quia deus est uerus, sed etiam qui confitentibus repugnat. ergo negabit quidem illos, confitebitur autem nos omnium saluator, per quem patri gloria et potestas cum sancto spiritu in sæcula sæculorum. amen. 20

THEODOTI EPISCOPI ANCYRORVM SERMO DICTVS DIE NATIVITATIS SALVATORIS NOSTRI ET DEI CHRISTI IESV IN PARTV EX VIRGINE ET QVIA DEVS EST QVI NATVS EST, HOMO FACTVS MIRACVLO ET NON MVTATIONE SVBSTANTIÆ, ET QVIA VNVS ET IDEM EST || QVI || ET ILLVD ET ISTVD || EST || DICTVS ET NEQVE || INTELLECTVS || OPINIONE NEQVE COGITATIONIBVS DIVIDENDVS 25

56 1 Clara et || inæstimabilis || præsentis causa festiuitatis, clara quidem, quoniam communem hominibus introduxit salutem, || inæstimabilis || autem, quia rationem naturæ uicit. natura itaque post partum nescit ulterius uirginem, gratia uero et parientem ostendit et matrem fecit et uirginitati non nocuit; gratia enim erat, castitatem seruans. o terra sine semine et fructum germinans salutarem, o uirgo quæ 30 Gen. 2, 9 ipsum uicisti deliciarum paradysum: ille namque sine semine plantationum genus protulit, ex uirgine terra exortis plantationibus; hæc autem uirgo ab illa melior terra Ies. 11, 10 est. non enim pomorum protulit arborem, sed uirgam Iesse fructum salutarem hominibus inferentem. et illa terra uirgo erat et ista uirgo; sed illius quidem arborem nasci præcepit deus, huius autem uirginis ipse creator secundum carnem factus est 35 germen. neque illa terra frondes ante arbores suscepit neque hæc ex partu uirgini-

56 *Græce extat in V 73 A 145*

C [= um], T [= pq]

| | | | | | |
|---|--------------------------|-------------------------------------|----------------------|------------------------|--------------------------|
| 1 solos <i>T</i> | 2 amoris et <i>v</i> | sunt <i>q</i> | 3 piis <i>om. C</i> | 4 cedemus <i>q</i> | 6/7 deum — |
| existens <i>om. C</i> | 9 inhærentes <i>T</i> | 10 sceuitati [seueritati <i>v</i>] | non cedamus <i>C</i> | scelera non | |
| feramus <i>T</i> | 12 igitur <i>om. T</i> | 13 me confessus <i>C</i> | 14 illum <i>p</i> | est in cælis <i>p</i> | |
| 16 est <i>om. m</i> | uerus est deus <i>T</i> | 16/17 et incredulis — | uerus <i>om. m</i> | 16 incredulos <i>q</i> | |
| 18 repugnant <i>C</i> | negauit <i>C</i> | 19 quam <i>v</i> qua <i>m</i> | | | |
| 21—25 Theodori sanctissimi episcopi Ancyrorum Sermo de natiuitate Saluatoris <i>q</i> | 21 cy- | | | | |
| rorum <i>p</i> | 22 ex <i>om. p</i> | 23 eidem <i>m</i> | 24 qui <i>om. p</i> | est <i>om. p</i> | intellectus <i>om. p</i> |
| 26 inopinabilis <i>T</i> | 27 inopinabilis <i>T</i> | 30 salutare <i>p</i> | saluatorem <i>mq</i> | 31 ipsam <i>v</i> | |
| 32 terra melior <i>vq</i> | 33 uirga <i>Cq</i> | 34 omnibus <i>C</i> | 35 præcipit <i>p</i> | | |

tatem læsit. uirgo paradiso gloriosior facta est: ille enim dei cultura factus est, hæc autem secundum carnem deum || fructificauit || eligentem hominis copulari naturæ.

Vides quomodo factum est inopinabile sacramentum transcendens naturæ rationem. quia enim est uerbum dei, palam est || ex eo quod || uirginitatem non soluit. quæ parit carnem puram, || a || uirginitate cessat; sed || quia || natus est || carne || uerbum deus, custodit uirginitatem, se ipsum || ostendens per hoc uerbum ||. quando autem uerbum audis, || substantiale || intellege, non hoc quod per os effunditur. 2 paritur ergo unigenitus filius dei, qui etiam uerbum uocatur, non principium ut sit uerbum, ex partu percipiens, sed ut fieret homo, principium partum faciens. erat 10 quidem ante sæcula deus uerbum genitori || coæternus ||; quia uero homo propter homines fieri uoluit, non mutatione diuinæ naturæ, sed miraculo et uoluntate, tamquam principium ut fieret homo, partum amplexus est. propterea et ut homo natus est, et ut || deus || uerbum seruauit uirginitatem. neque enim nostrum uerbum cum paritur, corrumpit mentem, neque deus uerbum subsistentiale partum eligens || peremit || 15 uirginitatem. ultra rationem est ergo naturæ quod factum est, et nequaquam descendas ad rationes naturæ; miraculum tibi dico. noli mouere || ratiocinationes ||; deum natum tibi dico, eligentem partum, non inchoantem diuinitatem. deus || existens || proprium fecit partum, non partus eum deum constituit. quod erat, mansit, et factus est quod non erat. hoc ergo per dispensationem uolens fieri quod 20 non erat, elegit partum tamquam dispensationis initium. factus homo est non mutata diuinitate, non motis terminis diuinæ substantiæ. tu enim idem ipse Ps. 101, 28 es et anni tui non deficient, diuina scriptura dicit, et tu qui sedes in æterno, Bar. 3. 3 per hoc ostendens diuinæ substantiæ immutabilitatem. et rursus deus, inquit, Mal. 3. 6 idem ipse sum et non mutabor. non ergo mota dei substantia factus est 25 homo neque conuersus in naturam aliam. nam || iam || non esset miraculum quod factum est, si naturæ || mutatione || naturam suscepisset. multæ enim apud nos fiunt huiusmodi rerum mutationes, sed in hoc miraculum fecit deus, quia manens quod erat, factus est quod non erat. quod etiam significans magnus Paulus dicebat: qui in forma dei existens, <existens>, ait, non || rapiens umquam ||, ut naturæ 30 Phil. 2, 6 permansionem ostenderet. qui in forma dei existens non rapinam arbitratus est esse || se æqualem || deo: esse dicit æqualem deo, non || factum || fuisse aliquando. deinde rursus ait: sed semet ipsum exinaniuit formam serui Phil. 2. 7 accipiens, et illud existens et hoc factus, miraculum faciens, non naturam mutans, uolens, non coactus mutatione substantiæ. quod enim dicit deus, facit, licet ultra 35 rationem naturæ sit quod fit. habet enim et uirtutem miraculum facere ualentem et non expectantem naturæ rationem. propterea et est deus et exininitur in serui

C [= *vm*], T [= *pq*]

1 est facta *v* 2 coluit *T* eligentes *v* eligens *v^{corr}m* copulare *p* 5 est¹ *om.* C
ex — quod C et ideo T 6 a *om.* T quoniam T 7 carnaliter T ostendens —
uerbum C rationem ostendens T 8 substantialiter et subsistentialiter *p* [cf. I'] substantialiter
substantialiter *q* 9/10 ut sit — principium *om.* C 11 coæternum T 13/14 propterea — uir-
ginitatem *om.* *q* 14 dei *p* uirginitate *m* uirginitatem *p* uerbum T *om.* *spat. rel. m*
regnum *v* 15 perimit T 17 descendens C descendens *m^{corr}* ratiocinationes *v* ratio
et nationes *m* sermones T 18 non *om.* *m* 19 existens *om.* T 20 per *om.* *m*
fieri *om.* C 21 est homo *mq* 22 mortis C 24 ostendis C 25 mutata *q*
26 conuersum *p* iam *om.* T 27 mutatio T 28 miraculo *p* 30 existens *addidi*
rapiens [ῥαπιδως pro ὑπέρβως] umquam C qui fuisset aliquando T 32 se *om.* T æqualis *p*
factum *om.* T 37 et²] et non *m* etenim *m^m* & *man. recentiss.*

formam, et æqualis est deo et homo fit, et est ante sæcula et partum sustinet, et ea miracula facit quæ ratio naturæ nescit.

- 8 Hinc etiam pagani stultitia putatur Christi sacramentum et Iudæi scandalum
 1 Cor. 1, 23 dicunt dispensationis rationem, quod et Paulus significabat dicens: prædicamus
 Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem 5
 1 Cor. 2, 14 stultitiam. quare stultitiam gentibus? quia animalis homo non suscipit
 quæ spiritus sunt; stultitia enim ei est. naturæ enim adhærens animalis
 et rationibus animæ omnia || perscrutans ||, miracula dei stultitiam putat, cum non
 Ioh. 20, 19 habe(n)t secum naturæ rationem. audiens scilicet paganus quia clausa ianua
 ingressus est saluator gerens hoc pingue corpus et loco egens, ridet, non credens mira- 10
 culo, || sed || quærens rationem causæ; et audiens quia uirgo pariens mansit uirgo,
 stultitiam putat sermonem, non discens credere deo neque miraculo dei. ergo et
 immutabiliter deum || factum hominem, impossibile || putat esse quod dicitur, etiam
 hic || naturæ || mutationes exigens. sed non ita Paulus edocuit dicens eum qui
 Phil. 2, 7 æqualis est deo, factum hominem; semet ipsum namque exinanisse dixit, non amit- 15
 tentem plenitudinem diuinitatis. unde etiam dicit: nos autem prædicamus
 1 Cor. 1, 23 Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem
 stultitiam. et quare gentibus stultitiam, si purus crucifigitur homo? nulli
 putatur stultum quod naturaliter agitur. si quod naturale est, patitur, quomodo
 putatur stulta narratio? sed quoniam, ait, Christum crucifixum prædica- 20
 1 Cor. 1, 24 mus, quem rursus dicimus dei uirtutem et dei sapientiam (ipsis enim inquit, || uoca-
 tis || Iudæis et Græcis Christum dei uirtutem et dei sapientiam), tam-
 quam || crucifixum ||, inquit, prædicantes sapientiam, stultitiam Græcis loqui putamur
 credere nescientibus miracula facienti deo, sed de || omnibus naturæ || mouentibus
 rationes et æstimantibus iniuriam deo fieri, qui fecit proprias passiones, ut quod erat 25
 passibile, liberaret. non enim intentionem respiciunt || impletam, || salutarem
 || existentem || et bonitatem deo decibilem, sed solum quia deus sibi copulauit passiones,
 dicunt, non considerantes ex hoc salutis humanæ || restitutionem ||. nihil autem
 horum quæ || saluant || hominem, iniuriam deo facit, quæ ostendunt || eum || non passi-
 4 bilem, sed clementem. sed hominis, inquit, passiones non præsumo deo coniungere. 30
 ergo neque sanare eum || passionibus || hominem dicis neque cruce spoliassse uirtute
 diabolium neque nostrum peccatum adfixisse ligno neque propriis passionibus sanasse
 hominum passiones, neque morte dicis eum destruxisse mortem. si enim non fecit
 deus proprias passiones, unde passionibus Christi tantarum correctionum sunt factæ
 uirtutes? quomodo perempta est morte mors, nisi deus propriam eam fecisset? 35
 sed istæ passiones propriæ factæ dei uirtutem quidem tantarum correctionum ex diui-
 nitate perceperunt, tamquam dei propriæ factæ, substantiæ uero diuinitatis non no-
 Col. 2, 14 cuerunt in sua semper impassibilitate durantis. quomodo enim adfixum est ligno
 quod contra nos erat peccati chirographum, homine puro sustinente mortem? quo-

C [= *um*], T [= *pq*]

| | | | | |
|----------------------------------|----------------------------|------------------------|--|-------------------|
| 2 miraculum C | 7 ei <i>om.</i> C | enim <i>om.</i> v | 8 perscrutatus q | perscrutatus et p |
| 9 habent <i>scripsi</i> habet Cp | habeant q | 10/11 miraculum C | 11 sed C et T | 12 putant p |
| 13 hominem factum T | impossibile naturaliter T | 14 naturæ <i>om.</i> T | quia C | 15/16 am- |
| nittentem C | 21/22 electis T | 23 crucifixam T | 24 omnium natura T | 26 impletam |
| <i>om.</i> T | 27 existentem <i>om.</i> T | dei C | 28 correctionem T | 29 liberant T |
| homines C | eum <i>om.</i> T | 30 omnis m | 31 passionis p | passiones q |
| hominum q | expoliassse T | 33 facit p | 34—36 sunt — correctionum <i>om.</i> C | 35 esset q |
| 36 ex] et m | | | | |

modo autem crux peccatum crucifixit aut mors mortis tyrannidem destruxit, nisi hæc facta fuissent dei et ab illo uirtutem sumpsissent propria faciente quæ sunt nostra, non patiente natura? quod etiam significans maximus Paulus dicebat quia nullus 1 Cor. 2, 8 principum sæculi huius dominicæ passionis sacramentum cognouit; si enim 5 cognouissent, inquit, numquam dominum gloriæ crucifixissent. propterea dicimus et manere eum quod fuit, et factum quod non fuit. substantialiter namque manens quod fuit, suscepit passiones, semet ipsum uniens naturæ passibili. subiectus factus est, regnum non deponens; factus homo est, manens et deus et uerbum; || incorporeus || existens natura inpermutabilis, factus est caro. quomodo et quemammodum? non sicut tu cogitare potes, sed sicut ille miracula facere || suf- 10 ficiens || est. quando enim miraculum tibi dico, desere rationes. signa enim et prodigia dei fide roborantur et non rationibus || perscrutantur ||. non enim || uel aliquod aliud || miraculorum nostra ratione consistit, et tamen singula facta sunt, || licet rei || ratio non permittat. hæc || et || magi confessi sunt stellæ credentes, || non || naturam perscrutantes. barbari suscipiunt fide miracula, et fidelis || tu || 15 cur incredulus es || ad || rationem humanam || labescens ||? qui ex Chaldæa uenerunt, sicut euangelista dicebat hodie, || ipsis || suis muneribus mysterium || mon- Mt. 2, 11 strauerunt || barbarorum intentionem || consideranti || bene. trinam enim speciem munerum ei obtulerunt, aurum tus et murræ, || aurum quidem, quia rex honora- batur, || tus autem, quia deus erat qui natus est; hoc enim secundum consuetudinem 20 offerebant eis quos ipsi putabant deos. optulerunt quoque et murræ, passionem, arbitror, mortis per hanc nuntiantes. uides quomodo etiam magi cognouerunt quia et deus mansit et homo factus est suscipiens mortem. factus || autem est || quod ego, ut nostram eleuaret naturam ad dignitatem suam. || unio || enim hoc facit, alteri quæ alterius sunt, coniungens. propterea ergo, cum deus esset, homo 25 factus est, ut homo fieret deus, hac copulatione ad diuinam gloriam eleuatus, ut unus idemque sit et diuine glorificatus et quæ sunt humana, perpessus. et hoc nobiscum confitebuntur omnes qui || unionem || confitentur diuinitatis et humanitatis. quod enim unitum est, nequaquam || iam || duo, sed unum nominatur, mente autem rursus diuidis et unumquodque seorsum contemplaris. ergo soluis || unionem ||; im- 30 possibile enim simul et || seruare <unionem> || et utrumque seorsum considerare. 6 sed quod est unitum insolubiliter, unum factum est et nequaquam || fiet || duo. sed || intellectu solo separo ||, inquit. ergo hac mente unitatem soluisti; || secundum quodlibet enim si || disiunxeris ab altero alterum, || circa hoc || etiam copulationem || incidisti ||. quid ergo soluis dispensationem || salutaris ||, duo intellegens et 35

C [= *um*], T [= *pq*]

| | | | | |
|--|---|---------------------------------|---|--|
| 1 crucifixisset <i>q</i> | mors <i>om.</i> C | destruxisset <i>q</i> | 2 propriam C | facientes C |
| facientis <i>u^{corr}</i> | 4 principium <i>m</i> | 5 gloriæ dominum <i>v</i> | 7 manens namque <i>v</i> | 8 et ² <i>om.</i> <i>uq</i> |
| 9 incorruptibilis <i>p</i> incorruptibile <i>q</i> | 10/11 possibilis T | 11 deserere <i>p</i> | 12 rationibus per- | |
| scrutantur <i>m</i> perscrutantur rationibus <i>v</i> | rationibus aduertuntur T | 13 uel — aliud C alium <i>p</i> | | |
| aliquid <i>q</i> | 14 licet — ratio C litteratio <i>p</i> licet ratio <i>q</i> | et <i>om.</i> T | 15 et non T | tu |
| [CV] C nequaquam [OV] T | 16 cor <i>m</i> in T | cadens T | 17 ipsis <i>scripsi</i> ipsi C <i>q</i> ipse <i>p</i> | |
| 17/18 monstrauerunt aurum [auro <i>q</i>] tus [thure <i>q</i>] et murræ [myrrha] T | 18 consideranti <i>scripsi</i> | | | |
| considerantes C considera T | 19/20 aurum — honorabatur <i>om.</i> T | 20 quia] qui <i>m</i> | 21 quod <i>p</i> | |
| 22 ut arbitror <i>q</i> | 23 est autem [aut <i>q</i>] T | 24 unitas T | 27/28 confitebuntur nobiscum <i>r</i> | |
| 28 unitatem T | 29 iam <i>om.</i> T | 30 unum quoque <i>p</i> | unitatem T | 31 est enim <i>q</i> |
| seruare unionem <i>scripsi</i> seruare C custodire unitatem T | 32 fiunt T | dñō <i>m</i> , duo legen- | | |
| dum <i>m^{mg}</i> mun. recentiss. | 33 mente sola [mentem solam <i>q</i>] diuido T | 33/34 secundum | | |
| quodlibet C <i>om.</i> T | 34 si enim T | huius T | 35 diuisisti T | salutarem T |

- Hebr. 13, 8 || unitionem || repellens? || sicut || etiam magnus apostolus ait: || Christus Iesus || heri et hodie ipse et in sæcula. heri et hodie dixit, principium temporis dans. ipse et in sæcula ait, unum eundemque dicens æternum deum et ex temporibus hominem inchoantem, existentem quidem || hoc || prius, postea uero factum || illud ||. sed quomodo, inquit, unigenitus seruus factus est, manens quod erat, et factus 5 quod non erat? uis ergo hoc cognoscere quia factus est? quomodo enim factus sit, miraculorum opifex nouit. non enim tu mihi dicere poteris quomodo
- Ex. 7, 20. 21 Ægyptiorum fluuius sanguis est factus, immutabili aquarum consistente natura. etenim uelut aqua quidem utebantur Hebræi, sanguis autem Ægyptiis Nilus est factus, et factus est quod non erat, manens quod erat. dic mihi modum. sed non 10 poteris dicere; miraculum namque dei est, || expellens || rationem. quomodo etiam
- Ex. 10, 22. 23 lumen in Ægypto factæ sunt tenebræ non extincto lumine, sed manente quod erat? dies enim Israhelitis erat et clarum eos circumfulgebat lumen, Ægyptiis autem hoc lumen factæ sunt tenebræ, et unum erat quod uidebatur: lumen erat simul et tenebræ neque ex hoc mutatum et || illud [aliud] || factum. || nihil || enim || lumine passo || 15 tenebræ || factæ || sunt || deo faciente miracula || et rationem non suscipientia naturæ. quomodo ergo aqua Nili, manens aqua, sanguis est facta? aut quomodo in sua natura manens lumen tenebræ factæ sunt? neque enim hoc corruptum et illud est factum. non enim corrupta est aquarum natura, quod designabant Hebræi hanc habentes potabilem, sed mansit ipsa natura in suis terminis et facta est sanguis, quod non erat, 20
- Dan. 3, 7 deo quippe ultra rationem ostendente miracula. Babylonia quoque flamma quomodo
48. 50 ros tribus facta est pueris? nam et flamma || erat || et ros facta est, et ambo hæc ipso ostenduntur effectum. quia quidem ros erat, tres || docent || pueri, per hoc refrigerantes; quia uero etiam et flamma fuit, || ii || qui per hanc exusti sunt, denuntiant Babylonii. uides quemammodum ignis mansit ignis et ros est factus: non duæ 25 res neque duæ naturæ, sed unum erat || et idem, || quod uidebatur. quod enim erat flamma, hoc factum est ros, non flamma mutata, et manifestant hoc Babylonii, sed || manens || quod erat, facta est ros, et testantur || illi || iusti. nequaquam ergo interroges me modum signorum dei. rursus enim dicam tibi miracula ostendens quidem quia facta sunt, deo autem relinquens miraculorum nosse rationem. 30 proinde dic mihi: hæc miracula facit deus et flammam custodiens || rorem || facit, neque flammam mutans et ad || rorem || conuertens eam, soluere uolens tyranni sententiam et uindicare studens iniustitiam passos atque noxios consumere barbaros. || operatur itaque || huiusmodi miracula ignem in suis custodiens terminis et || rorem || ostendens et ut tres pueri liberarentur, talia miracula facit deus; ut autem mundum 35 eriperet, dubitas quia ipse manens deus, factus est homo? non indiguit flammam mutare, ut || rorem || operaretur; et ipse homo fieri uolens propter salutem hominum

9 nota: ab hinc pessima exempla uertibilium rerum et periturarum *v in mg. m in textu post Hebræi*

C [= vm]. T [= pq]

| | | | | |
|---|--|---|-------------------------|----------------------|
| 1 unitatem <i>T</i> | sicut <i>C</i> unde <i>T</i> | ihs xps <i>T</i> | 4 hoc <i>om. T</i> | 5 illud <i>om. T</i> |
| factus est seruus <i>v</i> | 11 fugiens <i>T</i> | 15 illud <i>scripsi</i> illud aliud <i>C</i> aliud <i>T</i> | | nihil <i>C</i> |
| nec <i>p</i> non <i>q</i> | luminis passio [πῶρος τὸ <i>pro</i> παθόντος] <i>T</i> | 16 sed facta <i>T</i> | | deo — |
| miracula <i>C</i> diuino miraculo <i>p</i> diuina miracula <i>q</i> | 21 babylonica <i>v corr m</i> | flamma erat <i>p</i> | | 22 erat |
| <i>om. T</i> | 23 edocent <i>T</i> | 24 et <i>om. C</i> | ii <i>om. T</i> | 25 et <i>om. C</i> |
| <i>om. C</i> | 28 manente <i>T</i> | illi <i>om. T</i> | 30 miracularum <i>p</i> | 31 fecit <i>mq</i> |
| fecit <i>q</i> | 32 ros <i>p</i> res <i>q</i> | 34 operatur itaque <i>C</i> operaturque <i>p</i> operatusque est <i>q</i> | | ros <i>T</i> |
| 35 fecit <i>mq</i> | 36 non <i>om. m</i> | flamma <i>mT</i> | 37 mutari <i>q</i> | ros <i>T</i> |
| | | | | operetur <i>m</i> |

|| quomodo || suam naturam indiguit permutare? ignis || mansit || et factus est ros; et tu dicis quia non permanet deus et fiet homo, quia naturam nostram sanare uolens deus non per alios salutem nostram, sed per semet ipsum molitus est.

Quia enim omnis creatura deficiebat ad salutem nostram qualitatem habentium || et || malignitatis et erroris (nam longa nequitiae consuetudo pro natura hominibus constat, 5 || repellens || naturam), || prophetabat || propheta, sed deficiebat || sermo || nequitia || superatus ||; angeli ministri nostrae salutis || fiebant ||, et adtestatur magnus Paulus de angelis quia omnes sunt || ministratorii || spiritus ad ministerium Hebr. 1, 14 destinati propter eos qui futuri sunt hereditate possidere salutem; angelus melior natura ministrabat ad salutem nostram, sed non liberabatur homo 10 nequitiis pronus inhærens. deficiebat ergo ad hominum <ind>iligentiam; nequitia enim malignorum bonorum studia superabat, non quia uincitur deus, sed quia arbitrio liberæ potestatis uirtutem committit, || necessitate non impellens || ad correctiones, neque nolentem trahit ad uirtutem, ut tibi uirtutem præparans spontaneam tuam 8 faciat correctionem. quid ergo? quoniam et prophetæ uicti sunt, nihil opera- 15 bantur doctores et lex deficiebat et angeli studio frustrabantur, uoluntate || hominis || non sequente quæ bona sunt, ideoque ipse naturæ creator aduenit naturamque uictam erigere uolens adstitit, non || sonans || tamquam deus neque tonitruis auditus percutiens neque nube circumamictus et ignem in nube demonstrans neque tubæ sono Ex. 19, 16 audientes terrens, sicut aliquando Iudæis apparuit timorem iniciens indeuotis, nec 20 concutiens famulum, sed gratia magis et bonitate euocans eum. propterea non uenit cum imperiali || fastu || nec obsequium deduxit archangelorum, non mouit angelorum exercitus. non enim uolebat persequi recedentem fugituum suarum legum, sed uenit omnium dominus in forma serui, || paupertatem || circumamictus, ut uenationem non effugaret. in incerto nascitur prædio, agrum incertum ad 25 natiuitatem eligens, || per || pauperculam paritur uirginem, omnia paupera, ut per || silentium || ad salutem hominem uenaretur. nam si gloriose natus fuisset et diuitias multas circumamictus accederet, dicerent utique infideles quoniam diuitiarum largitas mutationem orbis terrarum fuisset operata. si maximam Romam elegeret ciuitatem, potentiam ciuium mutationem orbis terrarum putarent. si filius fuisset || impera- 30 toris ||, potestati utilitatem adscriberent. si legislatoris factus fuisset filius, præceptis utilitatem adscriberent. sed quid || facit ||? omnia paupera et uilia elegit, omnia mediocria et plurimis obscura, ut diuinitas sola cognosceretur orbem transformasse terrarum. propterea pauperculam elegit matrem, pauperiorem patriam, egens fit pecuniis. 35

9 Et hoc exponat tibi præsepe. cum enim non esset lectus in quo dominus Lc. 2, 7 reclinaretur, in præsepe ponitur, et fit || indigentia necessariorum || prophetiæ || optima ||

C [= *um*], *T* [= *pq*]

1 quomodo *C* non *T* manens *T* est *om. m* 2 fit *q* 3 sed *om. m* per
om. p 4 enim *om. m* et *om. vT* 6 repellens *v* replens *m* et repellit *T* sicut prophe-
tabat [prophetat *q*] *T* sermo *C* quippe ratio *T* 7 superata *T* sunt facti *T* 8 ministri *T*
10 angelis *q* 11 diligentiam *CT* 12 superabant *p* 13 liberate *v* necessitas non [enim *q*]
cogit te *T* 14 uolente *C* 16 hominum *T* 18 aduenit *C* non sonans *v* insonans *m*
non terrens *T* 22 fastu *scripsi* faustu *C* fastigio *T* 24 serui formam [forma *q*] *T*
paupertate *T* 25 in *om. T* 26 per *om. T* paupercula pariter uirgine per *q* 26/27 per
silentium *C* perculentium *T* 27 homine *m* hominum *v* ueniretur *C* 30 potentium *p*
30/31 imperantis *T* 32 utilitatem *om. C* faciunt *p* fecit *q* 33 sola *om. C* 34 pa-
triam pauperiorem *v* 35 fuit *v* 36 lectum *mp* 37 indigentia necessariorum *C*
opus inmensum *T* et optima *T*

nuntiatio. in præsepe enim ideo positus est, quia nuntiabat eo quod etiam || inrationabilium esca || fieret. dei namque uerbum et filius ad semet ipsum trahit et diuites et pauperes, et eloquentes et tardiloquos, cum paupertate uiuens et in præsepe iacens. uide ergo quomodo rerum indigentia || operata || est prophetiam et paupertas eum qui propter nos || est pauper factus ||, accessibilem uniuersis ostendit. nullus enim 5 metuens superbas Christi diuitias tardus fuit, nullum accedere ad eum imperii cel-situdo prohibuit, sed communis apparuit et pauper, semet ipsum offerens omnibus ad salutem. in præsepe namque dei proponitur uerbum per medium corpus, ut licentiam habeat rationalis et inrationalis participari cibo salutis. et hoc puto Ies. 1, 3 etiam propheta prius clamabat, præsepis huius sacramentum narrans: cognouit 10 hos creatorem suum et asinus præsepe domini sui; Israhel autem me non cognouit et populus || meus || me non intellexit. nam licet simpli-ciolem || sensum habeat sermo ||, ostendens Hebræum || indeuotiolem || inrationabilium, sed tamen potest et hoc significare ostendente domino quia ibi ipse positus cibus || in-rationabilioribus || factus est. nam non indefinite præsepe significat, sed hoc 15 præsepe inquit, || articulo || hoc, arbitror, || hoc || præsepe definite || significans ||. sed hæc quidem philosophetur qui uoluerit, uaria contemplatione scripturæ diuinæ saginatus; porro nos ostendimus quia pauper factus est propter nos qui diues est, uerbo diuinitatis salutem omnibus || facillime || perceptibilem faciens. quod etiam signi- 2 Cor. 8, 9 ficans magnus Paulus dicebat: propter nos pauper factus est, cum diues 20 esset, ut nos illius paupertate ditaremur. et quis erat qui ditabat, et quid ditabat, et quomodo iste pauper factus est propter nos? dicant nobis || ii || qui a dei uerbo separant hominem, et quod unitum est, || separantes || memoria natu-rarum, || qui || duo quædam || dicunt esse || Christum, et mentem solummodo ad satisfactionem ferentes. quis ergo, cum esset diues, dicito mihi, mea paupertate 25 pauper est factus? || putasne || qui apparuit homo, quem tu separas || a || diuini-tate? sed numquam iste factus est diues, sed pauper ex pauperibus progenitoribus natus. quis ergo diues et quid || ditans erat ||, qui propter nos factus est pauper? deus, inquit, ditat creaturam. ergo deus et pauper factus est, suam paupertatem illius qui uidebatur, faciens; ipse enim diues diuinitate, || et || propter nos pauper 30 est factus. neque enim hominem dicere poteris diuitem factum, pauperem existentem et natura et pecuniis, neque diuitem diuinitate per dignitatem pauperem factum, si non ei quæ humana sunt, copulaueris. propterea et apostolus coaptans gloriam diuinitatis humanis passionibus, neque opinione diuidere neque sermone separare quæ unita sunt, uolens, eundem ait diuitem diuinitate et pauperem passionibus factum, 35 et aliud quidem per se esse, aliud autem propter nos passum fuisse. || si uero || qui diues est diuinitate, pauper fit humana paupertate, quomodo non etiam reliqua passus est, semel homo fieri propter clementiam uolens?

C [= *um*], *T* [= *pq*]

| | | |
|---------------------------------------|--------------------------------------|---|
| 1 annuntiatio <i>m</i> | 1/2 inrationabilium esca <i>C</i> | inrationabilibus populis [<i>legas</i> pabulum] <i>T</i> |
| 4 operatus <i>T</i> | 5 pauper factus est <i>T</i> | 8 in <i>om.</i> <i>C</i> præsepi <i>uq</i> |
| <i>om.</i> <i>T</i> cognouit <i>C</i> | 13 sermo sensum habeat <i>T</i> | 9 puto <i>om.</i> <i>C</i> 12 meus |
| <i>om.</i> <i>m</i> cibum <i>p</i> | 14/15 irrationabilioribus <i>m</i> | inrationabilibus <i>uT</i> 15 indefinita <i>p</i> definita <i>q</i> |
| 16 particulam <i>T</i> | hoc ^a <i>om.</i> <i>T</i> | significatum <i>T</i> 17 uaria] ut ea <i>m</i> diuinæ scripturæ : |
| 19 facillime <i>om.</i> <i>T</i> | 21 qui <i>T</i> | 22 ii <i>om.</i> <i>T</i> 23 homines <i>p</i> et] ne <i>p</i> separant <i>l</i> |
| 24 qui <i>om.</i> <i>T</i> | dicentes <i>T</i> | esse <i>om.</i> <i>T</i> solummodum <i>p</i> 25 feruentes <i>m</i> ditato <i>p</i> |
| 26 putas <i>T</i> | a <i>om.</i> <i>T</i> | 28 ditauit <i>T</i> 29 ditauit <i>q</i> est <i>om.</i> <i>m</i> 30 et <i>C</i> etiam <i>l</i> |
| 32 diuinitatem <i>p</i> | 36 si uero <i>om.</i> <i>T</i> | |

10 Sed hæc quidem sufficient; tu autem respice mihi pauperrimum habitaculum
 eius qui ditat cælum; uide præsepe sedentis supra cherubim, uide pannis obsitum Ps. 79, 2. 98, 1
 eum qui pelagus harena uinxit, uide deorsum paupertatem, diuitias eius sursum con- Ier. 5, 22
 siderans. sic etenim et gratiæ et clementiæ uidebis magnitudinem, si tantam dei
 condensationem consideraueris. nam || et in || ipsa paupertate || diuinitatis eius 5
 diuitiæ || ostenduntur, stella magis declarante pauperem et barbaros ad præsepe Mt. 2, 9
 pauperis adducente; sed etiam angeli gaudentes hunc prædicabant pauperem pastori- Lc. 2, 10-14
 bus. canentes diuitias eius diuinitatis. nam et magi ei qui uidebatur, tus obtulerunt Mt. 2, 11
 tamquam deo, non separantes naturam a natura nec opinione secantes quod unitum
 est miraculo semel, sed eum qui apparebat, uidentes deum, optulerunt tus ei, || hoc || 10
 munere diuinam dignitatem pronuntiantes. neque autem angeli opinionibus
 secundum te quod natum est dei uerbum separauerunt, sed scientes et uisibilem et
 intellegibilem clamabant dicentes gloria in excelsis deo et in terra || pax ||, et Lc. 2, 14
 non alia quidem dicentes secundum te, cogitantes autem alia et uerbis quidem con-
 fidentes unum Christum, mentibus autem diuidentes eum, sicuti tu sensus habes repu- 15
 gnantes || uerbis ||, sed unum eundemque glorificabant || ut || deum, qui et in paupertate
 et in præsepe cunctis apparebat. propterea et pannis obsitus est et ab angelis glori-
 ficatus, et in præsepe positus et ab stella denuntiatus, non stella descendente ad magos
 (neque enim stellæ loca permutant), sed quoniam Chaldæorum terra plurimos habet
 stellarum motus || inspicientes ||, uirtus superna deducens magos adsumpsit stellæ 20
 speciem, ut ex doctrina sua Chaldæi quod nesciebant, agnoscerent, ut cum astronomiam
 respiciunt, ab || ipsis || astris Christi mysteria docerentur. quia enim non erat stella,
 sed uirtus angelica educens barbaros ad pietatem, ipse euangelista significat, stellam Mt. 2, 2. 7
 hanc etiam in die aliquando quidem apparuisse, aliquando uero celatam dicens, || aliter ||
 autem etiam deduxisse eam magos ait et cum ipsis in Bethleem profectam. quod 25
 nullus utique dicit sidera facere consueta, sed uirtutem in stellæ figura astronomis
 || apparentem ||. quod autem ait de stella, stetisse || illam || super puerum, uir-
 tutem esse || clare || denuntiabit quæ apparebat. nulla etenim stella quæ in cælo
 est, clara || fieret || super puerum stans, quoniam spatii magnitudo, rapiens aspectus
 intuitum, neque statum neque motum stellarum manifestum sensibilibus facit. stetit, 30 Mt. 2, 9
 inquit, stella || super || locum ubi erat puer. || ergone || relinquens altitudinem
 stella quæ apparebat, humilior facta est, ut statu suo natiuitatem regis ostenderet?
 || tamquam regem siquidem || quærebant magi, regis interrogantes partum; uidimus Mt. 2, 2
 enim, inquit, eius stellam in Orientem et uenimus adorare eum. regem
 quæris, o mage; qua causa tamquam deo offers tus? sed || et noui ut || regem 35
 et cognoui deum; propterea et aurum ei offero et tus, muneribus simul deum, simul
 || et || regem denuntio.

11 Sed iste qui tunc magos ineffabili uirtute traxit ad pietatem, claram hanc festiui-

C [= *um*], T [= *pq*]

2 cherubin T 3 arena [arenæ *uq*] iunxit Cq unde m 4 tantum C 5 et
 in om. T 5/6 diuinitatis — diuitiæ C diuitiæ eius diuites [diuitis *q*] T 7/8 pastoribus]
 pauperibus m 8 uidebantur mp 10 hoc om. T 12 uerbi C 13 pax om. p pax
 hominibus bonæ uoluntatis q 15 diuidentibus C 16 uerbum p uerbo q ut om. T 20 in-
 spicientes T 22 ipsis om. T eis m 24 celatum p altera T 26 figuram CT 27 appa-
 ruisse T eam T 28 clare om. T denuntiavit CT 28/29 quæ — est post stans coll.
 29 fieret v fiet m facta est T 31 supra T ergo T 32 stellæ C statum p sta m 33 tam-
 quam — siquidem C nam tamquam regem T 34 eius inquit v inquit eius q oriente
 35 et noui ut m noui ut v noui et T 36 muneribus om. C 37 et om. vT

tatem hodierna die constituit, non iam in præsepe positus, sed in hac salutari mensa constitutus. illud namque præsepe huius mensæ mater est factum; propterea in illo positus est, ut in ista comedatur et fiat fidelibus salutaris cibus. sed præsepe quidem claram hanc designauit mensam, uirgo autem choros istos uirginitatis germinauit, Bethleemitici autem diuersorii uilitas clara || hæc || templa prædixit, et panni 5 quibus tunc obsitus est, nunc facti sunt resolutio peccatorum. uides illius paupertatis quæ nunc sunt correctiones? uides paupertatem tantarum diuitiarum factam matrem? numquid nocet deorsum unigeniti ad paruum tempus abiectio, quæ tantas diuitias contulit orbi terrarum? quid ergo exprobras Christi in Bethleem humilitatem? cur paupertatem deducis ad medium, eius lucra non computans? 10 cur indignum dicis deo quod tantorum bonorum facta probatur occasio? cur aufers unigeniti causas, quæ tantam salutem hominibus intulerunt? cur adhæres passionibus et non uides passionum correctiones? cur passionem indignam dicis deo, quæ soluit diaboli tyrannidem? cur paupertatem dicis indignam deo, per quam mundus pietate ditatus est? cur mortem indignam dicis dei, qua deus nequitiam 15 Col. 2, 14 dæmonis triumphauit? cur hoc solum non dicis quia meum peccatum adfixit ligno? noli derogare passionibus per quas impassibilitas generatur, noli detrahare abiectioem ex qua tyrannis diabolica est destructa, noli exprobrare || deo || quia cæsus est palmis; || nam per hoc || a peccatis hominem liberauit. non uincula dei || dicas || indigna, quibus uincula serrarum nequitiae soluit. ne dixeris paupertatem 20 indignam dei, || quia || diabolus, cum diues esset || erroribus ||, pauper est factus; noli uituperare crucem, quæ destruxit aras; non despicias clauos, quibus orbem terrarum Christus ad unum sensum pietatis infixit; noli cogitare quæ uilia sunt, sed correctiones ex his factas ab eo qui est passus, intende. quæ non dixeris facta homine passo puro, || mentem habens || et || eis quæ clara sunt, acquiescens, || hæc recipe. cur 25 autem uocas uilia quæ deus propter hominum salutem amplexus est? nam si passionem naturaliter sunt et dicuntur, sed tamen nostrarum sanitates factæ sunt passionum. nequaquam ergo || iam || hæc passionem appelles, sed passionum nostrarum potius sanitates.

Et noli mihi membra uirginis ad obprobrium diuinitatis || efferre ||. non 30 enim horum indigna natura est, licet || subintrantes || contumeliarum passionem nobilitatem corporis || deuastassent ||. non enim turpia naturæ sunt membra, sed per concupiscentias illicitas patiuntur iniuriam. nam si essent turpia per naturam, non hæc deus propriis manibus formasset, quia deus non turpium, sed optimorum Gen. 1, 31 creator est; uidit enim, inquit, omnia quæ fecit, deus, et ecce bona ualde. 35 nihil ergo horum quæ a deo facta sunt, per naturam propriam malum, neque turpe fecit, sed nos || a || prima cadentes creatione concupiscentiis illicitis naturæ nostræ contumelias inrogauimus. si || ergo || cum format deus membra mulieris, non accusatur, neque cum inhabitat in eis, iniuriam patitur; in sua quippe creatura deus non

C [= vm], T [= pq]

| | | | | |
|--|--|--|---|-------------------------------|
| 4 uirginitate <i>p</i> uirginum <i>q</i> | 5 hæc <i>om. T</i> | 6 factæ <i>p</i> | 9 bethleem <i>p</i> | 10 non |
| <i>om. m</i> 11 honorum <i>p</i> | 12 auferis <i>p</i> aufert <i>q</i> | totum <i>p</i> | 15 mortem <i>om. C</i> | quia <i>p</i> |
| 17 lignum <i>p</i> | 18 abiectioe <i>p</i> abiectioe <i>q</i> | deo <i>om. T</i> | 19 nam — hoc <i>C</i> per quas <i>T</i> | |
| 20 dicamus <i>T</i> | 21 indignum <i>p</i> | qua <i>T</i> | errore <i>T</i> [= <i>I</i>] | 22 non <i>C</i> noli <i>T</i> |
| despicere <i>q</i> | 25 puram <i>v</i> | mentem habens <i>C</i> | non sponte [OYX EKQN <i>pro</i> NOYN EXQN] <i>T</i> | |
| eis — acquiescens <i>C</i> | ea quæ uidentur credens <i>T</i> | 26 etsi <i>q</i> | 27 discuntur <i>p</i> | 28 iam |
| <i>om. T</i> 30 offerre <i>T</i> | 31 aduenientes <i>T</i> | 32 deuastarent <i>p</i> deuastarint <i>q</i> | 37 a <i>om. T</i> | |
| 38 enim <i>T</i> | | | | |

12 indigne inhabitat. porro si dixeris: quomodo cælum relinquens habitauit in uulua? dicam tibi et ego quia cum deus esset, homo || propter homines || factus est, manens deus et substantia non mutatus.

Confitemur denique et deum et hominem, deum quidem ante sæcula, hominem uero factum ex partu; deum quidem perpetue || consubstantialem || patri, esse uero 5 hominem ex partu incipientem, non || duo, || sed unum. non dicimus tamquam || unum ||, duplicem uero intellegimus; neque enim oportet contrarium esse sermoni sensum. non intellegimus duo et confitemur unum; quod enim dispensatione || coniunctum || est, separat nec sermo nec cogitatio. si quis uero || intellectu || separauerit quod coniunctum est, solutum intellexit, et falsus fit intellectus, separans utique quod coniunctum est || semper. uerbis idem || confitentem habeto intellectum. unum dicis Christum, eundem et deum [idem] et hominem: ergo unum et intellege. nam si dixeris quidem unum, intellexeris autem || duo ||, sermoni tuo || repugnantem habebis || intellectum. non ergo dicas duo quadam differentia separata; si enim unueris || sermone ||, sensu noli separare. si uero separaueris cogitationibus, || uniti- 15 tionem || negasti. non ergo ad naturas diuisas animum tuum deducas, deo summam || mire operante uniti- 15 onem ||. crede || miraculo ||, et noli rationibus perscrutari quod factum est. noli miraculum soluere, rationem inuenire contendens; non enim manet miraculum, || cuius ratio || cognoscitur. in his enim quæ fiunt, || si || ratio nota est || eius quod factum est, iam || nequaquam signum neque miraculum est. si uero hoc 20 signum atque miraculum est, deserens rationum causas suscipe fidem et confitere unum dominum Iesum Christum et deum et hominem eundem neque sensibus neque sermonibus || rationibusque disiunctum, ne || ea quæ unita sunt, rationibus separantes dispensationem salutarem || negemus ||. nam si uniti- 25 one dei et hominis dispensatio cognoscitur, qui unitatem diuidit, dispensationem negauit. credamus ergo dispensationis miraculis, ut Christus, cui creditur, || hac causa || confitentibus compenset regna cælorum, quæ nos omnes adipisci mereamur gratia Christi, cui gloria et potestas in sæcula sæculorum. amen.

EIVSDEM IN NATIVITATE SALVATORIS

LVII 1 Clara præsentis festiuitatis causa et communem hominibus salutem ferens; 30 clarum præsens quoque collegium gratifice gratiam suscipiens, quoniam datur larga gratia his qui eam cum gratiarum actione suscipiunt. tanta namque donationis mensura præbetur, quanta magnitudo gratiarum actionis est apud eos qui percipiunt gratiam. quocirca quando sumens donum gratias rettuleris tribuenti, non reddi-

LVII *Grace extat in V 72 S 107 A 144*

C [= um], T [= pq]

| | | | |
|------------------------------------|---|---|----------------------------------|
| 1 habitat <i>m</i> | quomodo] quando <i>m</i> | 2 per hominem <i>T</i> | 3 et — mutatus <i>T</i> |
| non substantia commutatus <i>C</i> | 5 consempiternum <i>T</i> | 6 duos <i>T</i> | unum <i>C</i> duo <i>T</i> |
| 8 dispensationem <i>p</i> | coniunctus <i>T</i> | 9 intellectus <i>T</i> | 10 separat <i>p</i> |
| num <i>T</i> | uerbis idem <i>om. T</i> | 12 idem <i>p</i> in idem <i>C</i> | eundem <i>q</i> , <i>delevi</i> |
| unum <i>q</i> | 13 duos <i>T</i> | sermone <i>p</i> sermonem <i>q</i> | 13/14 repugnare facies <i>T</i> |
| intellectui <i>q</i> | 14/15 unieris <i>C</i> | 15 sermonem <i>T</i> | sensum <i>vt</i> seu <i>m</i> |
| 15/16 unitatem <i>T</i> | 16 animam tuam <i>C</i> | summa <i>m</i> summum <i>p</i> summo <i>q</i> | 17 mirificante |
| unitatem <i>T</i> | miraculum <i>T</i> | 18 ratione <i>C</i> | 19 cum ratione <i>T</i> |
| <i>erant Rustico</i> | si <i>C</i> semper [AEI <i>pro</i> EI] <i>T</i> | 20 eius — iam <i>C</i> | quod <i>T</i> |
| rationum <i>v</i> | 23 rationibusque diuisum <i>T</i> | nec <i>p</i> hic <i>q</i> | 24 sine dubio denegemus <i>T</i> |
| 25 negabit <i>v</i> | 26 hanc causam <i>T</i> | 27 et <i>om. p</i> | 28 amen <i>om. C</i> |
| 30 numerus ex <i>C</i> | | | |

disti pro quibus accepisti solummodo, sed etiam debitorem tibi maiorum eum fecisti qui dedit. gratifice ergo suscipite gratiam, claram nobis hanc ostendentes festiuitatem. causa || uero || festiuitatis apparitio dei est apud homines, aduentus eius qui semper præsens est, aspectus eius qui cuncta uidet, præsencia illius qui complet Ioh. 1, 11 uniuersa. in sua, inquit, uenit et sui eum non receperunt; magis autem, 5 Ioh. 1, 10 ait, in mundo erat et mundus per eum factus est et mundus eum non cognouit. sed non hominum culpa est hæc ignorantia. nam propter diuinitatem naturæ incomprehensibilis humanis rationibus deus est; non enim potest mens hominum conspiciere deum. fugit enim humanum sensum diuina natura, celsior nostrarum est rationum. fraudabamur itaque ex natura meliori ad cognitionem 10 dei; quod ne fieret, suscepit naturam uisibilem inuisibilis, suscepit corpus tractabile qui tactu non detinetur, inuisibilis deus uisibilis fit, uerbum tractatur, unigenitus dei filius fit cognatus seruorum, ne lateret || hominum || cognitionem natura quæ 2 || hominem || transcendit. et noli putare alienum deo quod factum est. dudum enim dei præsencia præmeditata figuris est et semper hominibus agnitus apparuit 15 materiebus || usus quæ || a nobis uideri || possint ||.

Nam ueniat Iudæus ad medium, assit qui non credit dei naturæ apparenti hominibus in humana natura, dicat mihi quomodo Moses uidit deum. naturam uidit || <in>-uisibilem || ? nequaquam; || inuisibilis enim est hæc || rationibus humanis. quo- Ex. 3, 2 modo ergo uidit? ex rubo ardentem ignem et rubum non consumi. cur ergo non 20 credis ei qui ex uirgine natus est et uirginitatem non corrumpit? an certe tu quidem Ex. 3, 6 audiens quia ex rubo loquitur deus et dicit Mose ego deus Abraham et deus Isaac et deus Iacob, et quia procidens Moses adorauit, credis, non cogitans ignem qui uidebatur, sed deum qui loquebatur; cum uero uuluam uirginalem commemorauero, abominaris et refugis? dicito || etenim || mihi, quid abiectius est, rubus an uuluua 25 uirginalis concupiscentiis munda peccati? nescis quoniam quæ antiquitus gesta sunt, meditatio iuniorum sunt et horum quæ nunc aguntur? nam sacramenta || hæc || præformata sunt per antiqua. propterea rubus accenditur, ignis || ostenditur ||, et quæ sunt ignis, non operatur. inluminat, non corrumpit; splendificat, non incendit; beneficium præstat, non punit. putas in rubo non uides uirginem? 30 putas in igne clementiam non uides eius qui uenit? iudex adest inter eos qui iudicantur, et iudicium non fit; iudex in his qui || condemnati sunt ||, et nequaquam supplicium; iudex aduenit non iudicans sed docens, non condemnans sed sanans. uides quomodo ille antiquus ignis hanc clementiam nuntiauit. noli mirari si per uuluam uirginalem, cum deus esset, natus est; nihil enim putat iniuriam deus quod est occasio 35 salutis hominibus. tu quidem non ita uilem dei naturam arbitraris, tamquam quæ esse aliquando subiecta possit iniuriis. nihil enim abiectorum quæ || elegit || propter nos, iniuriam facit illi naturæ, propria || uero || facit inferiora, ut saluet naturam nostram. || quando || ergo quæ abiecta et uilia sunt, dei naturam non || iniuriant ||,

C [= um], T [= pg]

| | | | |
|----------------------------|--|---|---|
| 3 uero <i>om.</i> <i>T</i> | aduentus est <i>C</i> | 12 est deus <i>m</i> est deus et <i>v</i> | 13 humanam <i>T</i> |
| 14 humana <i>T</i> | 16 usus quæ <i>in</i> usquæ <i>corr.</i> <i>p</i> quæ <i>q</i> | possent <i>T</i> | 17 apparente <i>C</i> |
| 18. 23 moyses <i>Cq</i> | 18/19 uisibilem <i>C</i> an inuisibilem <i>T</i> | 19 inenarrabilis est enim <i>T</i> | hæc |
| <i>om.</i> <i>T</i> | 21 corrumpit <i>p</i> | 22 qui <i>p</i> | moysi <i>q</i> moysi <i>v</i> moyses <i>m</i> |
| dens <i>p</i> | credens <i>C</i> | 24 qui ² <i>om.</i> <i>m</i> | 25 enim <i>T</i> |
| 28 hæc <i>om.</i> <i>T</i> | 28/29 efficitur <i>T</i> | 30 ponit <i>p</i> | 26 concupiscentiæ <i>v</i> |
| demnantur <i>T</i> | 37 passus est <i>T</i> [ἀνείχετο <i>pro</i> εἰλετο] | rubum <i>C</i> | 32 his <i>T</i> eos <i>C</i> |
| suam <i>m</i> | dum <i>T</i> | 38 uero <i>om.</i> <i>T</i> | 39 nostram] |
| | exhonorant <i>T</i> | | |

sed salutem hominibus operantur, quomodo dicis ea quæ causa nostræ salutis sunt,
 3 iniuriæ occasionem fuisse deo? apparuit igitur deus hodie per uirginem et uirgo
 mansit uirgo et mater facta est. incorruptionis enim opifex corruptionem non
 operatur, creator immortalitatis nihil || corrumpit ||.

Quia uero et Fotinus purum hominem dicit qui natus est, dei non dicens esse 5
 partum, et qui ex uulua processit, hominem || proponit a || deo diuisum, || dicat || nunc
 || mihi || quomodo natura humana per uuluam uirginalem nata uirginitatem uuluæ
 seruauit incorruptam. nullius enim hominis mater uirgo permansit. uides
 quomodo duplicem sensum || de || eo qui natus est, præbet mihi quod natum est?
 nam si secundum nos natus fuisset, homo et esset; si uero matrem uirginem seruauit, 10
 deus, qui natus est, a sapientibus cognoscitur. deus enim aduenit in mundum,
 non locum de loco mutans, sed naturam circumamictus meam, ut ita dicatur, uideri
 uolens naturaliter inuisibilis. quocirca non habuit initium esse deus ex partu, sed
 ut <ap>pareret homo. quia enim cum deus esset, homo fieri uoluit propter clementiam
 circa nos, ut nos iudicem uelut cognatum amplecteremur et ut haberemus præsumptio- 15
 nem qui ex propriis operibus fiduciam non habebamus. ad tribunal enim adducti ii
 quibus ex propriis uirtutibus fiducia non erat, sumunt || quasi || ex cognato fiduciam.
 quid igitur? aduenit deus existens ad homines, non locum ex loco mutans, sed
 inuisibilem naturam ostendens uisibilem et uisus ut homo et tamquam cognatus
 hominibus apparens, sicut etiam euangelista prædicans dicit quia uerbum caro 20 loh. 1, 14
 factum est.

4 Quomodo possibile est deum uerbum fieri hominem, requiris et modum dei
 miraculorum nos exis? si comprehensibile nobis esset quod incomprehensibile
 est || ratione ||, miraculum non || erat ||, sed causa naturæ; si uero miraculum et signum
 est quod factum est, cede rationem domino miracula facienti. quia enim factum 25
 est, scire te uolo et ex || hoc || quod factum est, fructum fide lucrari; quomodo uero
 factum sit, operanti cede. nam si tu quidem medico credis iubenti et non perscrutaris
 modum curæ, credens arti tuam salutem, sed nec alter quispiam non artifex
 artificis perscrutatur modum, sed cognoscit quidem quod factum est, modum uero
 arti concedit, tu cum omnia mire a deo facta sint, rationes exquiris, tamquam indigens 30
 rationibus, ut hæc ipsa cum deo miracula tu quoque facias? sed quod dixi, etiam
 nunc dico: rei cuius rationem cognoscimus, huius natura non miraculum est neque
 signum. quale est quod dico? instructor ædificat domum: rem cognoscimus,
 materias conpositas intellegimus, dicere [uero] quod factum est, || ualemus, etiam
 si || propter imperitiam operari hoc non sumus idonei. plasmauit nato cæco oculos 35 loh. 9, 1. 6
 unigenitus ex luto. hoc ultra rationem est nostram; miraculum uocatur quod
 rationibus hominum perscrutari non poterit; signum dicitur ultra consuetam naturam
 natiuitas. et quia quidem factum est, nouimus, modum uero dicere non ualemus.
 ex luto siquidem uas et lateres fiunt, non oculorum pulchritudo formatur, non mem-

C [= *vm*], T [= *pq*]

| | | |
|--|---|--|
| 3/4 incorruptionis — operatur <i>om. m</i> | 4 creator <i>om. p</i> creatorem <i>p^{corr}q</i> | mortali- |
| tatis <i>p^{corr}</i> corrumpit T | 6 ponit T | a <i>om. T</i> dicitur T |
| 9 in T | 10 uirginem seruauit matrem C | 12 uidere <i>p</i> |
| 14 appareret <i>Baluze</i> pareret <i>Cp</i> | 16 ii] in <i>m</i> | 17 sumant C |
| 18 non C | 24 sermone T | 25 enim <i>om. C</i> |
| 28 tuæ C | 30 exquires <i>p</i> | 33 quale — dico] est quale dico <i>v</i> |
| 34 uero <i>delere oblitus est Rusticus</i> | non ualemus T | 34/35 etiam si C et T |
| 38 natiuitatis <i>m</i> nouitas <i>q</i> | quidem T quod <i>v om. m</i> | 37 potest <i>q</i> |
| | | 39/p. 164. 1 membra <i>m^vcorr</i> |

brana suptilia componuntur, non pupillæ || nobilis || decor, non || uisus || diuersitas || consistit, non circuli suptilitas cum || tota subtilitate tornatur ||. luti natura non est || ad || oculi pulchritudinem || duci ||. ergo quod natura terræ non recipit (non enim eius natura in se habet oculi uisionem), hoc egit miraculorum creator ad suam uoluntatem naturam trahens, || non ipse seruiens rationi naturæ ||. noli ergo in 5 infirmitatem humanæ naturæ cadere; noli dicere: quomodo hominis natura cepit deum, quomodo deus factus est homo, quomodo deus uerbum || factus || est caro 5 uisibilis? sed quia factum est, crede, modum uero et rationem cede creatori. si autem uis etiam per exemplum hoc declarari, tibi monstrabo quomodo quod incorporeum est, corporatur, quod inuisibile, uidetur, non propria natura mutatum, sed 10 suscipiens figuram uisibilem atque tractabilem. sermo iste prolatius, id est hominum, quo utentes alterutris conuenimus et cogitationes ad inuicem explanamus, sermo est incapabilis, sed neque manu tractabilis, auditu uero solummodo || personans ||. sed dum præsentem prolatium sermonem ad exemplum subsistentialis uerbi defero, non putes me prolatium dicere deum uerbum, absit. uerbum enim dicitur uni- 15 genitus, interpretante diuina scriptura impassibilitatem natiuitatis eius, quoniam et mens hominis impassibiliter parit uerbum. propterea alicubi quidem filium eum Hebr. 1, 3 appellat patris, alicubi autem uerbum nominat, alicubi autem splendorem uocat scriptura diuina, singula horum nomina de illo dicens, ut intellegas ea quæ de Christo dicuntur, esse citra blasphemiam. alibi etenim aliis de eo appellationibus usa est, 20 6 aptam gloriæ dei doctrinam facere uolens. quale est quod dico? filium uocat patris unigenitum, consubstantialem probare uolens. quia enim tuus filius eiusdem tibi naturæ fit, uolens sermo ostendere unam substantiam patris et filii dicit filium patris, qui ex eo natus est unigenitus. deinde quoniam natiuitas et filius apud nos ostentationem præbent passionis in natiuitate procedentis, ideo hunc filium 25 appellat etiam uerbum, impassibilitatem natiuitatis eius nomine isto demonstrans. || sed || quoniam pater quispiam factus || quippe ut homo || indubitanter senior suo filio demonstratur, præbente hac appellatione ut præintellegatur filio pater, ne hoc ipsum etiam de diuina natura putares, sed coexistentem coæternæ patri unigenitum Hebr. 1, 3 intellegeres, splendorem uocat unigenitum patris. splendor enim nascitur quidem 30 ex sole, non autem intellegitur || uspiam || sole posterior, sed ex quo sol, ex tunc ex sole natus splendor. coexistere itaque semper patri filium splendor tibi denuntiet, impassibilitatem natiuitatis ostendat uerbum, || id est ratio ||, consubstantialitatem uero filii nomen insinuet.

7 Sed ad || proposita || redeamus et hodie nati || dei uerbi || præsentiam de- 35 claremus et per exemplum ostendamus quomodo quod natura non est uisibile, uisibile fit, et quod non tractatur eo quod incorporeum est natura, inuenitur esse tractabile. sermo igitur iste quem proferimus, quo || in || alterutris locutionibus utimur, sermo est incorporeus, non aspectui subiectus, non tactu tractabilis. sed dum sermo induerit litteras et elementa, uisibilis fit, aspectu comprehenditur, 40

C [= *um*], T [= *pq*]

| | | | |
|----------------------------|---|--|-------------------------------|
| 1 nobilis <i>om.</i> T | uisus <i>scripsi</i> munus C <i>om.</i> T | diuersitas ipsa T | 2 toto colore |
| coronatur T | tota] <i>postulatur</i> tanta | 3 ad <i>om.</i> T | reuocare T |
| paruit natura iussioni T | 7 homo factus est deus C | facta <i>p</i> factum <i>q</i> | 5 non — naturæ C et |
| 8 crede <i>m</i> | 10 corporetur C | 13 personans C susceptibilis T | est <i>om.</i> <i>m</i> |
| 16 impossibiliter <i>m</i> | 17 eum] <i>au</i> <i>m</i> | 18 alicubi ²] aliquando <i>v</i> | 14 subsistentiabilis <i>p</i> |
| secundum hominem T | 31 uspiam <i>om.</i> T | 32 natus est <i>v</i> | 25 ideoque <i>p</i> |
| 35 præsentia T | uerbi dei T | 38 in <i>om.</i> T | 27 et T |
| | | | 33 id est ratio <i>om.</i> T |

|| tactu || tractatur. pone namque mihi aliquem loquentem ad aliquem: num-
 quid prius uidetur sermo, numquid manu tractamus || hoc quod effunditur ||
 uerbum? si autem quæ dixit, in charta scripseris, quod prius non uidebamus,
 postea uides; et quam non tractaueras prius speciem uerbi, hanc per chartam tractas
 et litteras. qua causa? quia incorporeus sermo corpus chartæ et figuram est 5
 indutus elementorum. ergo quia clarum exemplum factum est et || rememoratus ||
 es exemplo rei quæ fit per consuetudinem, age, monstremus quomodo unigenitus
 filius dei deus uerbum ante sæcula cum patre incorporeus existens naturaliter hominis
 naturam propriam faciens postea per uirginem natus est, non initium sumens ut esset
 deus, sed ut appareret homo. non enim mihi dicas: quoniam de patre natus est 10
 unigenitus, quomodo rursus de uirgine natus est? ex patre natus est naturaliter,
 ex uirgine natus est propter dispensationem, illud || tamquam || deus, || hoc || uelut
 homo, quoniam et tuus sermo || natiuitas || est tuæ mentis, sed cum sermonem istum
 quem peperit tua mens, || inserere || uolueris elementis et litteris et figurare || uolueris ||
 chartæ, manu scribis litteras et quodam modo rursus per manum generas uerbum, 15
 quod neque sumit initium ut sit, quando per manum scriptum est, neque tunc pro-
 cedit ut sit, quando manus litteras figurauerit, sed ex mente quidem natum est, ut
 8 autem appareret, initium ex manu sermo litteras figurante suscepit. quia ergo
 exemplum palam est et imago notissima facta est, age, || principali rei coaptamus ||
 imaginem. hic mentem, illic intellege patrem; hic sermonem ex mente cognosce 20
 natum, illic uerbum substantiale et || subsistentiale || intellege natum ex patre; hic
 manum uides per litteras parientem sermonem, illic intellege uirginem per corpus
 uerbum parientem, non initium diuinitati dantem per partum, absit, sed apparendi
 deum hominibus hominem factum. quia enim factus est quod ego, necessario
 natus est sicut ego, cum naturam meam meumque partum necessario suum fecit deus 25
 uerbum et matrem amplexus est uirginem et per uuluam uenit ornatam || uirginitate ||.
 nihil enim horum quæ finxit deus abominatur, quia nihil indignum operum eius factum
 est. omnia enim bona et bona ualde, si ea uideamus sicut creator uidit facta; uidit Gen. 1, 31
 enim deus omnia || quæcumque || fecit, et ecce bona ualde. inpassi-
 bilibus ea respice oculis, et sicuti deus, hæc uides ualde bona. abice passionem, 30
 et factorum intelleges || nobilitatem ||.

9 Quid ergo mirum si in suo opere et domo inhabitauit deus? tu uero dicis
 quidem eum digne in cælo habitare, indignam uero mansionem eius || hunc || hominem
 arbitraris, causas || discernens non ueritate rationum ||, sed passione atque præsump-
 tione. dic || enim || mihi, quid celsius, cælum an homo? quid deo pretiosius, 35
 sol an homo? || non enim mihi || elementorum respicias claritatem neque propter
 bonum colorem || præiudices || naturam neque excellentem claritatem solis obstupescas

C [= um], T [= pq]

1 tactuque *T* 2 hoc — effunditur *C* prolatum *T* 6 rememoratus *m* memoratus *v* ammo-
 nitus *T* 7 monstrauius *p* 8 cum patre *om. m* 11/12 naturaliter — est *om. C* 12 tam-
 quam *C* tamen quoniam *T* hoc *om. T* 13 natiuitatis *T* 14 interponere *T* uolueris³
om. T 15 manus *C*, *corr. v* 18 literis *q* figurate *pv^{corr}m* figuratus *q* suscipit *p*
 19 principalibus aptemus *T* 20 nosce *m* 21 substantialem *p* substantialiter *T*
 22. 23 parietem *p* 23 apparendo *q* 25 natus *p* factus *Cq* natura mea *Cp* 26 deus
 uirginem *p* ornatum *m* ornatus *v* uirginitatem *T* 28 factum *p* 29 quæ *T*
 31 intellegis *p* pulchritudinem *T* 32 domum *p* 33 cælum *C* indignum *C*
mansione C hunc *om. T* 34 discernis *T* ueritatem sermonum *T* 35 enim *om. T*
 35/36 quid deo — homo *om. C* 36 non — mihi *C* nolo ut *T* 37 præponas *T*

Iob 10, 11 nec quia ego pelle et carne indutus sum secundum || diuinum || Iob, sed rationalis animæ considera nobilitatem. uide hominis || compactionem ||, et mirare animam. mentem habet omnibus præesse ualentem || et imperare ||, manus accepit ministrantes sapientiæ mentis, instrumenta omnium artium operatur. solum hoc creaturarum omnium necessitate liberum factum est; dominum uoluntatis propriæ solum hominem 5 formauit deus. non uides solem sub necessitate || iter || currentem? non uides in una specie eius || euectionem ||? quare? quoniam uoluntatis suæ dominus non est. tu uero || procedis || liber, agis quæ uis, non habens necessitatem impellentem te uiolenter, liber anima factus es. sol seruus necessitatis, homo uero uoluntate liber. ||quis|| ergo melior, dic mihi, seruus an liber? qui sub iugo necessitatis 10 est, an qui omni necessitate solutus est? nihil ergo mirum || neque || inopinabile, si in homine inhabitauit deus, quem propriam imaginem mox formans amplexus est.

10 circa hominem namque suum propositum deus mox in initiis creaturæ monstrauit, Gen. 2, 7 pulcrem quidem sumens de terra et fingens eum, imaginem uero instruens diuinitatis Gen. 1, 27 suæ. cur ergo quod in tali opere facturus erat, ita ex uili natura formauit? quare 15 non || ex claritate || solis assumens fecit hominem, sed de terra et puluere eum formauit, ex elemento inferius iacenti et conculcabili? qua causa, || uis || agnoscere? quoniam futurus erat honorare hominem, uilem || ei dedit || naturam, ne celsitudine honoris eleuaret hominem ad superbiam, ut quando ultra naturam honoraretur, reprimeretur naturæ memoria et magnitudinem honoris agnosceret, non sua dignitate, sed gratia 20 conferentis. ergo et hoc fuit clementiæ creatoris, ut imago dei ex terra haberet

11 naturam sapientiæ mediocris. quocirca nobile animal homo est, || licet || postea contumeliam sustinuerit passionibus inuectis. non || enim || eum intendas offendentem, sed ante præuaricationem legis considera imaginis dei cognationem. cur ergo despicias cadentem, primam eius facturam oblitus et honorem anticum non || com- 25 putans ||, quem ei rursus cum plurima munificentia reddidit deus, uniens sibi suam imaginem? nihil ergo dissonum illius clementia factum est. neque enim iniuriosum est bono domino communicare seruo rebus seruilibus ad utilitatem famuli; non enim iniuriam patitur per ista qui bonus est, sed quod est, per talia magis agnoscitur. noli mirari causam. nam si temet ipsum domum fabricaueris deo, et in te in- 30

Col. 2, 9 habitabit, licet non ita sicut in filio; in Christo enim || habitat || omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. sed o miraculum: omnis plenitudo diuinitatis in uno || inhabitat || et omnia complet et continet creaturam, totus existens in uno et a nulla creatura || separatus ||. nec tibi quod || dictum est ||, impossibile uideatur. nam et ego nunc profero sermonem et is sermo totus est in uno et uerbum in omnibus 35 factum est, et totum uerbum cepit unus et a multitudine uerbum non circumscribitur. si igitur res quæ fit et perimitur, et in uno tota inhabitat et in omnibus fit, quid

C [vm], T [= pq]

| | | |
|--|--|------------------------|
| 1 sacrum T | 2 compactionem v compunctionem m creaturam T | postulatur animal |
| 3 et imperare om. T | 5 domini v deum m | 6 iter om. T |
| dictum q | suæ om. C | 8 accedes T |
| 11 neque C nihil T | 12 habitauit m | 14 imagine q |
| 17 iacente C | uelis T | 18 ei dedit C edidit T |
| exciderunt ἐνέχρουν γὰρ εἶχε τὴν φύσιν | licet enim C et licet T | 19 leuaret m |
| 26 reddit m | ueniens suam sibi C | 27 clementiæ q |
| 30/31 inhabitauerit v habitauerit m | 31 inhabitat T | 33 habitat T |
| dictum est C dicit p dicitur q | 35 uerbum om. C | 36 factus v |
| et ¹] ex m | hominibus m | 37 quæ] et que m |

mirum tibi uidetur si deus et totus in || homine || inhabitauit et in omnibus inuenitur?

- 12 Causa igitur festiuitatis est quia deus factus homo est, sumens humana, ut daret diuina, || et || suas faciens passiones, ut donaret impassibilitatem, subiens mortem, ut largiretur immortalitatem. denique suas hominum passiones fecit, non natura 5 mutata, sed uoluntate hæc propria faciens; et merito facit hæc, hominem liberare uolens. pro qua itaque causa suas passiones hominum fecit? quoniam uolebat passione adimere passionem et morte mortem destruere et per similia similia proposuit expugnare ||, suificat crucem ||, suas facit palmas, uincula sua facit, ut dei factæ passiones contra passiones acciperent potestatem. non enim natura dei læsa est; 10 neque enim mutatione sua suscepit passiones, et ideo fortitudinem a deo passiones contra similia perceperunt. iam enim mors tamquam dei facta destruit mortem, et moriens soluit tyrannidem mortis, quoniam et deus et homo erat. non enim purum hominem crucifixerunt Iudæi neque uisibilem solummodo naturam transfixerunt, sed ei qui || inerat deo ||, intulerunt præsumptiones, qui uisibilis naturæ fecit 15 18 proprias passiones. et ut hoc quoque tibi fiat manifestum, ad exemplum ab initio dictum rationem denuo reducamus. pone enim principem loqui sermonem et hunc formari per litteras in charta aliqua, quæ dicitur sacra, et dirigi ciuitatibus sermonem circumamictum et charta et litteris libertatemque donantem aut alia quædam dona regalia indigentibus deferentem; || sed || hanc quæ dicitur sacra lingua || Lati- 20 norum ||, suscipiat aliquis inoboediens et ciuitatis inimicus et hostis imperatoris et sumens chartam disrumpat. quid ruptum est hic, charta solummodo an etiam sermo regalis? denique si charta || disrupta || est sola, facile est conparare quod ruptum || est ||, sine reatu qui rupit, || si erat ||, quinque obolis solummodo condemnandus. sed pœnam suscipiet nouissimam atque torquebitur et ad mortis sententiam deducetur 25 non tamquam chartam || discerpens ||, sed tamquam etiam uerbum imperiale disrumpens, cum utique uerbum imperiale impassibile sit neque manibus capiendum per suam naturam neque rumpi possibile. sed ipsum disruptum est, chartæ et litterarum passiones proprias faciens. uides quomodo quod impassibile est, suscipit passionem, dum communicat naturæ passibili? non enim sermo propria natura 30 disruptus est et passionem chartæ elementorumque suscepit. non igitur securus sit Iudæus tamquam purum hominem crucifigens. quod enim uidebat, charta erat; quod autem in eo celabatur, imperialis sermo, natus || ex || natura, non prolatus per linguam. uerbum namque unigenitus dicitur, non || prolatius ||, sed || substantialis et subsistentialis ||. nihil enim propria natura patitur quorum impassibilis 35 ratio est; proprias uero facit || huius || uisibilis passiones, et sicut imperialis sermo litterarum iniuriam ipse suscepit et passio chartæ est propria facta sermonis, ita unigenitus dei deus uerbum crucifixi fecit proprias passiones. propterea sicut qui

C [= um], T [= pq]

| | | | | |
|--------------------------|------------------------------|---------------------------------------|--|-------------------------|
| 1 et totus et <i>m</i> | homine <i>C</i> uno <i>T</i> | habitauit <i>v</i> | hominibus <i>v</i> | 4 et <i>om. T</i> |
| subiciens <i>m</i> | 6 fecit <i>q</i> | 7 facit <i>p</i> | 9 suificat crucem <i>om. T</i> | fecit plagas <i>q</i> |
| fecit <i>mq, corr. m</i> | 12 factam <i>p</i> | destruxit <i>m</i> | 14 solummodo uisibilem <i>m</i> | 15 in ea erat <i>T</i> |
| deo <i>om. T</i> | 16 fiat tibi <i>C</i> | 18 diri <i>m</i> dici <i>v</i> | 19 cartæ <i>v</i> | aut] ut <i>m</i> |
| 20 <i>om. C</i> | si <i>T</i> | 20/21 romanorum <i>T</i> | 22 diruptum <i>q</i> | 23 rupta <i>T</i> |
| 24 est et <i>T</i> | est qui <i>q</i> | si [= el] <i>C</i> aut [= ñ] <i>T</i> | erat <i>om. T</i> | 26 decerpens <i>T</i> |
| imperialem <i>mp</i> | 28 chartam <i>p</i> | 29 suscepit <i>mp, corr. m</i> | 30 passibile <i>p</i> | 31 disruptum <i>C</i> |
| 32 uidebatur <i>q</i> | 33 ex <i>C</i> est <i>T</i> | 34 prolatium <i>T</i> | 34/35 substantiale et substantialiter <i>T</i> | |
| 36 propria <i>C</i> | fecit <i>q</i> | huius <i>C</i> rei <i>T</i> | uisibiles <i>vp^{corr}</i> | 37 propria est <i>C</i> |

sacram imperialem disccrpsit, tamquam imperatoris dirumpens uerbum ad mortem adducitur, sic crucifigens Iudæus quod uiderat, pœnas dabit, tamquam in ipsum deum uerbum præsumptiones iniciens. iam enim deus tamquam passionem suam ulciscitur quæ præsumpta sunt.

- 18 Sed sufficiunt quæ dicta sunt, quoniam cogitare oportet et pro || uestra || memoria; 5 multitudo namque dictorum || superebulliens ab || audientium || sensu || auditorem facit inmemorem. mereamur autem per gratiam dei, ut et quæ dicta sunt, mente percipiat et aliis ex istis || prositis || et regnum cælorum pro his hereditate possideatis; quod omnes || nos adipisci contingat || gratia Christi, cui gloria et potestas in sæcula sæculorum. amen. 10

OMELIA REGINI EPISCOPI CONSTANTLÆ CYPRI

- LVIII Mihi quidem tacere uidebatur et ex hoc patres honorare et non signum || in- scientiæ || mæa hoc sermone relinquere, deinde etiam apud uiros tales dicere, magis autem pro causa sic maxima atque terribili, quam quilibet etiam solummodo cogitando tremescit. sed quoniam etiam tacere uolentes non sinis, o sapiens, || et || mihi 15 iam sermonibus inchoandum est. dicta etenim sunt de te a multis ante nos talia; Ies. 14, 12 nihilo minus et a me dicendum: quomodo cecidit de cælo lucifer, qui mane Apoc. 18, 2 oriebatur, et quomodo cecidit Babylon? cui enim alio te conparet quisquam, non uideo. Iudæis te conparo, Iudæis domini || necatoribus || ? quorum impietatem Deut. 32, 9 nutristi, quos illudere coegisti tamquam nihil agentes; sed isti sors dei aliquando 20 fuerunt legemque susceperunt et innumeris bonis potiti sunt, miseri quidem et illi, per tanta bona benefactorem non agnoscentes, sed pro beneficiis contra dominum Ies. 10, 22 iniurias inferentes. sed tamen dictum est de eis: si fuerit numerus filiorum Rom. 11, 23 Israhel sicut harena maris, reliquiæ saluæ fient et alibi rursus: potest deus iterum inserere eos. de te uero, abominabilis, quid dicturus sim? quid 25 quoque te dicens aliquis recte dicat? miserum Cain? sed etiam illius sunt mitiora quam tua. et si interrogaueris * * dicam: sed Cham iniuria parua est; non enim hæc comparabuntur illis. nam et quæ sub Noë præsumpta sunt, transcen- Gen. 19 disti, et quæ Sodomis gesta sunt, tuis cedunt blasphemiiis, ut bene dicatur || etiam || Ez. 16, 52 de te illud: iustificabitur Sodoma ex te. illud namque in uno orbis terrarum 30 loco præsumberetur et impietas ad contribulos ueniebat; tu uero in paruo tempore orbem terrarum commouisti, subuertisti fidem, ineffabilem dispensationem, quantum Ies. 1, 6 ad te ,uastasti, || ut etiam || de te dicatur: non est medicamentum ponere neque oleum neque ligaturas. oportebat itaque olim ad || conuictionem || manifestam Num. 16, impietatis || pro paruis || horum quæ præsumpsisti, migrare || te et || tabernacula tua 35 31. 35 aut concrematum aut uulneratum effici, ut simplicioribus pœnas dedisse uidereris; apud

LVIII *Græce extat recensio breuior in V 70 S 105 A 143*

C [= *um*], T [= *pq*]

| | | | |
|------------------|---------------------------|-------------------|---|
| 1 decerpsit CT | 3 præsumptionis <i>vp</i> | 5 uestri T | 6 superebulliens ab C |
| procedens T | sensum T | auditorum om. T | 7 et om. Cq |
| propositis mT | 9 nos — | contingat C | adipiscamur T |
| 11 constantinæ C | cyprii v | 12/13 scientiæ T | 14 quam quilibet vT |
| 15 et om. T | 16 ante nos om. C | 19 negatoribus T | 20 malim agenti |
| 26 cain Cp | Cham q | alius C | 27 lacunam signaui, e. g. supplendo an Cham |
| cain m | iniuriam p | 29 cedent p | etiam om. T |
| de] ad v | 34 utique q | olim om. C | conuictionem C |
| paruis om. T | te et C de T | tabernaculo tuo q | 33 etiam ut T |
| | | | 35 pro |

nos enim iam dedisti et denuo dabis. sed quoniam deus uerbum etiam propter te fieri passus est caro, qui a te diuiditur, adhuc præparat tibi tormenta per flammās, sciens quidem quia non eris melior, et || inexplicabilem || tibi punitionem parans. || sed quid dicam, mari et morte stultior? nam mare deum agnoscens || dorsum strauit ad Mt. 14, 25^{sq.} incessum et conseruum suscepit dominicis obœdiens nutibus, mors autem Lazarum 5 reddidit post consuetam legem, cum scirent ambo præcepta dominica, illud quidem || uetus ||, hoc uero nouum. || et || taceo solem terrore celatum || et || petras fissas et aperta Mt. 27. 45. monumenta, et si parua tibi sunt hæc ad conparationem diuinitatis, erubescetesti- 51. 52 monium resurgentium. itaque, fratres, || scientes quia || ossa putrida membrorum et rupta || uermium || pabula propter mortem sunt, || illos || quidem similibus pasci 10 in secta nequissima relinquendum est; nos autem diuinis || pascamur || uerbis, qui deum carnem factum confitemur et conuersari nobiscum unigenitum a paterna forma non recedentem. imago namque est paternæ benignitatis et || iam condescendens ||, cui gloria in sæcula. amen.

EXEMPLAR EPISTVLÆ SCRIPTÆ A SANCTA SYNODO AD ARCHIEPISCOPVM ROMANVM 15
CÆLESTINVM SIGNIFICANS QVÆ GESTA SVNT IN EPHESENO CONCILIO

LVIII, 1 Sanctissimo et || religiosissimo || comministro Cælestino sancta synodus quæ secundum dei gratiam congregata est in || Ephesenorum || metropolim, in domino salutem. Tuæ quidem sanctitatis circa pietatem zelus et circa rectam fidem saluatoris omnium nostrum deo amica uel placens sollicitudo digna omni admiratione 20 || facta est ||. mos est enim uobis ita magnis existentibus in omnibus || glorificari || 2 et omnia studia ecclesiarum uestra propria facere. quoniam autem oportebat omnia ad scientiam tuæ sanctitatis referri quæ subsecuta sunt, scribimus necessario quia secundum uoluntatem omnium nostrum saluatoris Christi et secundum decreta piissimorum et amatorum Christi imperatorum congregati sumus in Ephesenorum 25 metropolim ex multis et diuersis prouinciis ultra ducenti existentes numero episcopi, deinde piissimis decretis amatorum Christi imperatorum, per quæ uocati sumus, tempus || definientibus || sessioni sanctæ synodi diem sanctæ pentecostes || omnibusque || d. 7. m. Iun. concurrentibus, maxime quia continebatur in litteris imperatorum ut si non aliquis a. 431 occurrisset post definitas indutias, non bona conscientia abesset et esset inexcusabilis 30 tam apud deum quam apud homines, defuit reuerentissimus Iohannes Antiochenorum episcopus, non quasi uoluntate simplici, sed neque spatio itineris impedimentum faciente, sed occultans mente consilium et cogitationem dissonantem a deo, quam non 3 longo tempore ueniens Ephesum demonstrauit. distulimus igitur concilium post definitum diem sanctæ pentecostes in totis decem et sex diebus, cum || certe || multi 33

LVIII *Græce extat in V 82 S 73 A 54; uersio T hic illic correcta extat in Collectione Veronensi 22*

C [= *vm*], T [= *pq*]
1 enim *om. v* 3 et *om. C* inconpræhensibilem T pparans *m* 3/4 sed —
agnoscens *om. T* 4 deorsum *m* 7 uetus est T et¹ *om. T* et² *om. T* 8 erubescere *p*
9 scientes quia] sunt [sint *q*] qui uiderunt [uiderint *q*] T ossa *om. C* membrarum *p*
10 uermibus quorum T sed illos T 11 pascimur T 12 carne *p* conseruari *m*
13 iam *om. T* condescensio T
16 ephesino C 17 numeri hinc inde ex C reuerentissimo T [= *US*] 18 ephesiorum T
21 facta est] fuit T [= *US*] bene probari T [= *US*] 23 omnia *om. C*
referre *v* 26 metropoli *vq* 28 definitiuus T omnibus T [= *US*] 31 antio-
cenus *m^{corr}* 34 longo post *q* consilium *p* 35 pentecostes *vq* pentecosten *m* pentecostæ *p* [= *US*] certe *om. T* [= *US*]

tam episcopi quam clerici et ægritudine comprehensi et afflicti essent in expensis, aliquanti uero et de uita migrassent, et erat, sicut perspicit et tua sanctitas, iniuria magis contra sanctam synodum quod agebatur. tanta enim dilatione peruerse usus est, cum utique eum præcessissent multi ex longioribus spatiis. uerumtamen post diem sextum decimum præcesserunt quidam ex his qui cum eo erant, episcopi 5 metropolitæ duo, Alexander Apamiæ et alter Alexander || Hieraspoleos ||; deinde nobis incusantibus aduentus tarditatem reuerentissimi episcopi Iohannis, dixerunt non semel, sed sæpius quia demandauit nobis nuntiare || religiositati || uestræ quod 4 si contigerit eum adhuc morari, non differri synodum, sed facere quæ oporteat. his nuntiatis et manifesto facto tam ex tarditate quam ab his quæ ab eo nuntiata sunt, 10 quia recusat concilium, siue Nestorii amicitiae præstans siue quia clericus fuerat sub se constitutæ ecclesiæ siue quorundam pro eo petitionibus cedens, consedit sancta synodus Ephesi in maiore ecclesia, quæ uocatur Maria. cum autem omnibus alacriter conuenientibus solus deesset concilio Nestorius, commonuit eum sancta synodus canonice per episcopos prima et secunda et tertia uocatione; ille autem militibus 15 circumcludens suam domum superbiit contra ecclesiasticas leges nec passus est semet 5 ipsum manifestum constituere nec satisfacere de iniquis suis blasphemiiis. postea relectæ sunt litteræ quæ scriptæ sunt ad eum a sanctissimo et || deo amicissimo || episcopo Alexandrinæ ecclesiæ Cyrillo, quas et probauit recte habere et inreprehensibiliter sancta synodus et nullo modo dissonas esse aut a diuinitus inspiratis scripturis aut 20 etiam a tradita || et || exposita fide in magna synodo sanctorum patrum qui in Nicæa per tempora conuenerunt, sicut et tua sanctitas recte hoc probans testificata est. lecta autem et epistula Nestorii quæ ad ipsum scripta est memoratum sanctissimum et || religiosissimum || fratrem nostrum et conministrem || Cyrillum ||, censuit sancta synodus aliena omnino ab apostolica et euangelica fide esse quæ in ea erant dogmata, 25 6 multis || quibusdam || et || peregrinis || languentia blasphemiiis. lectis uero similiter et expositionibus eius impiissimis nec non etiam et scripta ad eum epistula a tua sanctitate, per quam rationabiliter condemnatus est utpote qui blasphema scripserit et inreligiosas uoces suis expositionibus inseruit, sententia prolata est iusta depositionis eius, maxime quia in tantum longe est a pænitentia aut a || repudiatione || eorum in 30 quibus blasphemauit adhuc Constantinopolitanam habens ecclesiam, ut etiam in ipsa Ephesenorum metropolim || loqueretur || ad quosdam metropolitanos episcopos, || uiros || non || ignotos ||, sed || claros et religiosissimos ||, et auderet dicere quia ego || illum || bimenstrem et trimenstrem deum non confiteor, et alia insuper diceret acerbiora. sicut inreligiosam igitur et abominabilem hæresim et || præuertentem || 35 euangelicam nostram sectam et omnem funditus mysterii dispensationem euellentem 7 deposuimus, sicut superius diximus. sed non poterat fieri, ut uidetur, in Christo || caritatis peculiaritatem || habentes et || zelantes || domino non multas experiri diffi-

C [= *um*], *T* [= *pq*]

| | | | | |
|---|--|--------------------------------------|--------------------------------------|---|
| 2 et ³ <i>om. vq</i> | 3 quæ <i>v</i> | 6 hierapoleos <i>T</i> | 8 reuerentiæ <i>T</i> [= <i>US</i>] | 9 oportet <i>m</i> |
| 12 consensit <i>m</i> | 14 commonuit <i>C</i> | 16 domum <i>om. m</i> | 17 contueri <i>v</i> | 18 reuerentissimo <i>T</i> [= <i>US</i>] |
| 20 dissonas esse <i>US</i> | dissonasse <i>vp</i> | dissonare <i>mq</i> | 21 et <i>om. T</i> | 23 est per <i>v</i> |
| simum <i>T</i> [= <i>US</i>] | Cyrillum <i>om. T</i> | 25 alienatum <i>m</i> | alienatam <i>v</i> | alienata <i>v^{cor}</i> |
| erant] inerant <i>C</i> | 26 quibusdam <i>om. T</i> [= <i>US</i>] | nouis <i>T</i> [= <i>US</i>] | 27 et ¹ <i>om. C</i> | |
| 29 depositionem <i>v</i> | 30 est longe <i>v</i> | recognitione <i>p</i> [= <i>US</i>] | recogitatione <i>q</i> | 32 sermonem |
| faceret <i>T</i> [= <i>US</i>] | 33 uiros <i>om. T</i> [= <i>US</i>] | ignoratos <i>p</i> | ignorantes <i>q</i> | doctos |
| reuerentissimos <i>T</i> [= <i>US</i>] | 34 illum <i>om. T</i> [= <i>US</i>] | 35 heresim <i>C</i> | peruertentem | |
| 38 caritatem <i>T</i> [= <i>US</i>] | peculiaritatem <i>om. T</i> [= <i>US</i>] | zelum in <i>T</i> [= <i>US</i>] | | |

cultates. sperauimus enim reuerentissimum Antiochenorum episcopum Iohannem et suptilitatem synodi et pietatem laudare et fortasse culpae depositionis tarditatem; euenerunt autem nobis omnia quæ in spe fuerant, contraria. inuentus est enim || aduersarius inimicissimus || tam sanctæ synodo quam etiam ipsi rectæ fidei ecclesiarum, sicut ipsæ res indicant. mox enim quod ingressus est || in || Ephesum, 5 nondum || diluto || itineris puluere nec exutis uestimentis, congregauit quosdam qui cum Nestorio recesserant et blasphemias contra suum locuti sunt caput || et qui pæne deluserant || gloriam Christi, et congregans tamquam collegium sibi triginta hominum || numerum || nomen episcopatus habentium, quorum quidam sunt sine ciuitatibus, uacantes autem et ecclesias non habentes, alii autem ante multos annos pro acerbis 10 causis depositi a suis metropolitibus, cum ipsis autem et Pelagiani et Cælestiani et de his quidam qui || de || Thessalia proiecti sunt, rem præsumpsit iniquam, quam nullus horum qui ante eum fuerunt. composuit etenim solus chartam || depositionis quidem || nomine et iniuriis affecit sanctissimum et || religiosissimum || Alexandrinæ urbis episcopum Cyrillum et || religiosissimum fratrem || et coepiscopum nostrum 15 Memnonem Ephesenum, nullo nostrum sciente, sed nec his qui iniuriam pertulerunt, agnoscentibus quod || perpetrabatur || uel propter quam causam hoc præsumpsissent, sed tamquam pro his non indignante deo et quasi non essent canones ecclesiastici aut quasi non periclitaturi ipsi propter hanc audaciam. iniuriis || uero || afficiunt excommunicationis nomine etiam omnem synodum, deinde et publice in charta 20 hæc inserentes proposuerunt ad legendum uolentibus, theatri parietibus affigentes, ut suam impietatem || uelut || in || theatri spectaculo denotarent ||. sed non huc usque eorum processit audacia, sed enim || præsumpserunt tamquam scripsissent aliquid || canonicum, et || in || aures piissimorum et || amicorum || Christi imperatorum 8 referre quæ huiusmodi sunt. his ita factis, || tam sanctissimus || et || deo amicissimus || 25 episcopus Alexandrinorum Cyrillus || quam etiam religiosissimus || episcopus Ephesinorum ciuitatis Memnon libellos || componentes || et conuenientes tam ipsum reuerentissimum episcopum Iohannem quam eos qui cum eo hoc egerant, optulerunt, coniurantes nostram sanctam synodum ut euocaret canonice et ipsum Iohannem et eos qui cum eo sunt, quatenus satisfacerent de quibus || præsumpserunt ||, et si quid accusare haberent, si possent, dicerent et conuincerent; in charta enim quæ scripta est ab eis depositoria, || magis || autem iniuriosa, occasione inseruerunt quia Apollinaristæ et Arriani et Eunomiani sunt et propter hoc depositi sunt a nobis. instan-

C [= *um*], *T* [= *pq*]

3 et uenerunt *m* omnia nobis *v* 4 inimicus et hostis *T* [= *US*] 5 in *om.* *T* [= *US*] 6 diluto *C* excusso *q* [= *US*] excussum *p* puluerem *p* mentis *p* itinerariis indumentis *q* 7/8 et qui — diluserant *C* ac non solum deridentes *T* [= *US*] 9 numero *p* [= *US*] 11 sui *p* ipsi *m* 12 a *T* thesalliam *p* 13 fuerant *m* 13/14 quidem depositionis *p* [= *US*] 14/15 et¹ — episcopum *om.* *v* 14 reuerentissimum *T* [= *US*] alexandriæ *m* 15 cyrillum alexandrinum *v* et reuerentissimum *T* [= *US*] *om.* *v* fratrem *om.* *T* [= *US*] 17 agebatur *T* [= *US*] 19 uero *om.* *T* 21 hoc *C* ad legendum] alligandum *p* affigentibus *m* 22 ut] et *p* uelut *om.* *T* [= *US*] in *om.* *q* theatri *om.* *T* [= *US*] spectacula facerent *T* [cf. *US*] 23 præsumpserunt] fiduciam adsumserunt *T* [= *US*] 23/24 tamquam [tamquam si *m*] — aliquid *C* scripserunt aliquid quasi *T* [cf. *US*] 24 in *C* *om.* *p* ad *q* [= *US*] et² *om.* *v* amatorum *T* [= *US*] *om.* *v* 25 itaque *Cp*, corr. tam sanctissimus] scissimus etiam [etiam *om.* *q*] *T* [= *US*] reuerentissimus *T* [= *US*] 26 quam religiosissimus] nec non et reuerentissimus *T* [= *US*] 26/27 ephesinorum *T* 27 a se co- positos *T* [= *US*] 30 præsumserant *T* 31 habent *m* dicere *m* 32 potius [: *US*] accusatione *C* 32/33 apollinaristæ *v*

cultates. sperauimus enim reuerentissimum Antiochenorum episcopum Iohannem et suptilitatem synodi et pietatem laudare et fortasse culpae depositionis tarditatem; euenerunt autem nobis omnia quæ in spe fuerant, contraria. inuentus est enim || aduersarius inimicissimus || tam sanctæ synodo quam etiam ipsi rectæ fidei ecclesiarum, sicut ipsæ res indicant. mox enim quod ingressus est || in || Ephesum, 5 nondum || diluto || itineris puluere nec exutis uestimentis, congregauit quosdam qui cum Nestorio recesserant et blasphemias contra suum locuti sunt caput || et qui pæne deluserant || gloriam Christi, et congregans tamquam collegium sibi triginta hominum || numerum || nomen episcopatus habentium, quorum quidam sunt sine ciuitatibus, uacantes autem et ecclesias non habentes, alii autem ante multos annos pro acerbis 10 causis depositi a suis metropolitibus, cum ipsis autem et Pelagiani et Cælestiani et de his quidam qui || de || Thessalia proiecti sunt, rem præsumpsit iniquam, quam nullus horum qui ante eum fuerunt. composuit etenim solus chartam || depositionis quidem || nomine et iniuriis affecit sanctissimum et || religiosissimum || Alexandrinæ urbis episcopum Cyrillum et || religiosissimum fratrem || et coepiscopum nostrum 15 Memnonem Ephesenum, nullo nostrum sciente, sed nec his qui iniuriam pertulerunt, agnoscentibus quod || perpetrabatur || uel propter quam causam hoc præsumpsissent, sed tamquam pro his non indignante deo et quasi non essent canones ecclesiastici aut quasi non periclitaturi ipsi propter hanc audaciam. iniuriis || uero || afficiunt excommunicationis nomine etiam omnem synodum, deinde et publice in charta 20 hæc inserentes proposuerunt ad legendum uolentibus, theatri parietibus affigentes, ut suam impietatem || uelut || in || theatri spectaculo denotarent ||. sed non huc usque eorum processit audacia, sed enim || præsumpserunt tamquam scripsissent aliquid || canonicum, et || in || aures piissimorum et || amicorum || Christi imperatorum 8 referre quæ huiusmodi sunt. his ita factis, || tam sanctissimus || et || deo amicissimus || 25 episcopus Alexandrinorum Cyrillus || quam etiam religiosissimus || episcopus Ephesinorum ciuitatis Memnon libellos || componentes || et conuenientes tam ipsum reuerentissimum episcopum Iohannem quam eos qui cum eo hoc egerant, optulerunt, coniurantes nostram sanctam synodum ut euocaret canonice et ipsum Iohannem et eos qui cum eo sunt, quatenus satisfacerent de quibus || præsumpserunt ||, et si quid accu- 30 sare haberent, si possent, dicerent et conuincerent; in charta enim quæ scripta est ab eis depositoria, || magis || autem iniuriosa, occasione inseruerunt quia Apollinaria et Arriani et Eunomiani sunt et propter hoc depositi sunt a nobis. instan-

C [= *vm*], *T* [= *pq*]

3 et uenerunt *m* omnia nobis *v* 4 inimicus et hostis *T* [= *US*] 5 in *om.* *T* [= *US*] 6 diluto *C* excusso *q* [= *US*] excussum *p* puluerem *p* mentis *p* itinerariis indumentis *q* 7/8 et qui — diluserant *C* ac non solum deridentes *T* [= *US*] 9 numero *p* [= *US*] 11 sui *p* ipsi *m* 12 a *T* thesalliam *p* 13 fuerant *m* 13/14 quidem depositionis *p* [= *US*] 14/15 et¹ — episcopum *om.* *v* 14 reuerentissimum *T* [= *US*] alexandriæ *m* 15 cyrillum alexandrinum *v* et reuerentissimum *T* [= *US*] *om.* *v* fratrem *om.* *T* [= *US*] 17 agebatur *T* [= *US*] 19 uero *om.* *T* 21 hoc *C* ad legendum] alligandum *p* affigentibus *m* 22 ut] et *p* uelut *om.* *T* [= *US*] in *om.* *q* theatri *om.* *T* [= *US*] spectacula facerent *T* [*cf.* *US*] 23 præsumpserunt] fiduciam adsumserunt *T* [= *US*] 23/24 tamquam [tamquam si *m*] — aliquid *C* scripserunt aliquid quasi *T* [*cf.* *US*] 24 in *C* *om.* *p* ad *q* [= *US*] et² *om.* *v* amatorum *T* [= *US*] *om.* *v* 25 itaque *Cp*, *corr.* *p* tam sanctissimus] scissimus etiam [etiam *om.* *q*] *T* [= *US*] reuerentissimus *T* [= *US*] 26 quam — religiosissimus] nec non et reuerentissimus *T* [= *US*] 26/27 ephesinorum *T* 27 a se compositos *T* [= *US*] 30 præsumserant *T* 31 habent *m* dicere *m* 32 potius *T* [= *US*] accusatione *C* 32/33 apollinaristæ *v*

- tibus igitur his qui iniuriam sustinuerunt ab illis, || rursus || nos necessario congregati in || maiore || ecclesia supra ducenti existentes episcopi una et secunda et tertia uocatione in biduo euocauimus et ipsum Iohannem et eos qui cum eo erant, in concilium, quatenus conuincerent iniuriam passos et satisfacerent et causas dicerent pro quibus depositionis composuerunt chartam, et non præsumpsit uenire. oportebat || namque || eum, si uere conuincere poterat memoratos sanctissimos uiros quasi existentes hæreticos, et uenire et ostendere hoc uerum esse quod || et || accipiens ut ualidum et indubitatum crimen temerariam sententiam contra eos protulit. sed ex fragili conscientia non occurrit; quod autem construebatur, illud erat. putauit enim quasi hac inepta et || iniquissim || ainiuria soluta pariter solueretur et || synodi || iusta sententia quæ prolata 10
- 10 est contra hæreticum Nestorium. indignati igitur merito, tractauimus quidem æquam tam contra ipsum quam contra alios sententiam proferre legitime, quam ipse contra leges in eos qui in nullo reprehensi sunt, protulit; ut autem illius temeritatem patientia uinceret, licet iuste hoc pateretur et legitime, seruauimus iudicio tuæ reuerentiæ || et || hoc. interim eos sine communione fecimus, amputantes illis omnem 15 || sacerdotalem potestatem ||, ut nullum possint lædere per suas sententias. eos enim qui ita ferociter et crudeliter et contra canones inruere solent ad pessimas et sæuissimas res, quomodo non erat necessarium || et || quam non habuissent, || etiam nolentes nos || adimere eis lædendi potestatem?
- 11 Fratribus igitur nostris et conministris Cyrillo et Memnoni, qui ab eis sustinuerunt 20 iniuriam, et communicatores omnes sumus et post illorum temeritatem ministrauimus cum eis et simul ministramus, communiter omnes congregationes celebrantes, euacuantes ex scripto illorum lusum inuolidumque et effectum carentem || modis omnibus pronuntiantes ||. iniuria enim erat solummodo et aliud nihil. uiri enim numero triginta || quorum alii || quidem || hæresis || macula notati, alii autem sine ciuitatibus et 25 eiecti, qualem habent synodi personam aut qualem uirtutem contra synodum congregatam ex omni orbe qui sub cælo est? consederunt enim nobiscum et qui a tua sanctitate destinati sunt reuerentissimi episcopi Arcadius et Proiectus et cum eis || reuerentissimus || presbyter Philippus, tuam nobis præsentiam per se donantes et
- 12 apostolicæ sedis locum replentes. indignetur ergo tua || religiositas || competenter 30 pro his quæ facta sunt. si enim data fuerit uolentibus licentia et maiores iniuriis sedes afficere et contra eas in quibus non habent potestatem, contra leges sic et contra canones proferre sententias, magis autem iniurias et his qui pro pietate tot certamina sustinuerunt, quorum causa et nunc pietas per uestre reuerentiæ orationes effulsit, ibunt ad ultimam confusionem ecclesiæ res; castigatis autem secundum congruum 35

28/29 no(ta) ordo mutatus *m* [referas ad p. 173, 14]

C [= *um*], *T* [= *pq*]

1 iterum *T* [= *US*] 2 magna *T* [= *US*] ducentis *p* ducentos *q* [cf. *US*] 3 in
uiduo *m* ibi duo *p* biduo *q* 5 autem *T* [= *US*] 7 et^a *om. T* 8 temerarium *C*
9 hac *um*^{corr} *q* hæc *mp* 10 iniusta *T* [cf. *US*] synodo *T* 14 patientiam *p* 15 et
om. T 16 potestatem sacerdotalem *T* [= *US*] 18 post necessarium *spatium fere X litte-*
rarum reliquit C; utique lectione falsa ἐχοντας in ἐκόντας correctæ et quam non habuissent erant de-
lenda et *om. T* [= *US*] 18/19 etiam — nos *om. T* [= *US*] 19 legendi *m* 23 ex] et *m*
quem inuolidum *q* modis omnibus *om. T* [= *US*] 24 pronuntiantes *v* pronuntiantem *m*
monstrauimus *T* [= *US*] iniuriam *m* 25 quorum — quidem] et alii quidem eorum *T* [= *US*]
heresis *C* depositionis *m*^{mq} heretica *T* [= *US*] 27 quæ *C* [= *U*] 28 sunt et *m* 29 sanctis-
simus *T* [= *US*] 30 reuerentia *T* [= *US*] 32 et sic conuoluit *v* 35 castitati *m*

modum talia audentibus, uacabit omnis || perturbatio || et condecens canonibus reuerentia ab omnibus seruabitur.

- 13 Lectis uero in sancta synodo gestis quæ celebrata sunt in depositione inreligiosorum Pelagianorum et Cælestianorum, Cælestii Pelagii Iuliani Præsidi Flori Marcelliani Orentii et similia eis || sapientium ||, censuimus et nos ualida et firma perseuerare quæ de ipsis definita sunt a tua reuerentia, et consentanei sumus in sententia omnes, depositos eos habentes. ut autem integre omnia cognoscatis quæ acta sunt, destinauimus gesta. et subscriptio || synodi ||:

Saluum te esse et ut memor || sis nostri ||, in domino deprecor, dilectissime et desiderantissime.

Subscripserunt || uero || et deinceps omnes episcopi secundum nomen.

MANDATVM GESTVM A SANCTO CONCILIO || HIS || QVI SVNT MISSI AB EO CONSTANTINOPOLIM REVERENTISSIMIS EPISCOPIS VT CAVSAM CVM ORIENTALIBVS DICERENT

- LX 1 Deoamantissimo et dei || optimo || cultori presbytero Philippo optinenti locum sanctissimi et deoamantissimi archiepiscopi || sedis apostolicæ || magnæ Romæ 15 Cælestini et deoamantissimis et sanctissimis episcopis Arcadio Iuuenali Flauiano Firmo Theodoto Acacio Euoptio sancta et uniuersalis synodus quæ gratia dei et sanctione piissimorum principum congregata est in Ephesiorum metropolim, in domino salutem. Iussi a piissimis et Christoamantissimis imperatoribus legatos dirigere pro omni simul orbe terrarum, qui per eos qui in Ephesena ciuitate collecti sunt nobis- 20 cum, pro recta fide certamen suscepit, decreuimus uestram || religiositatem ||, utpote coram deo Christo uobis pro recta fide sanctisque patribus atque fratribus sanctissimo et deo || amicissimo || archiepiscopo Cyrillo et sanctissimo et || deo amicissimo || coepiscopo Memnone legationem committere. utrorumque uero prouidentiam facientes, et nostræ cautelæ et uestre, hoc uobis mandatum porreximus, ut et nos sciamus in 25 quibus uos destinauimus, et uestra sanctitas agnoscat quia nihil citra hæc facere debetis. 2 ante omnia || igitur || illud scire uestram condecet sanctitatem quia || ad || Iohannem Antiochenum et quod cum eo est recessionis concilium, communionem nullo debetis modo suscipere eo quod nec ipsi uoluerint nobiscum deponere impietatis prædicatorem Nestorium, sed pro illo usque ad uestrum egressum facere sermonem et præsump- 30 serunt extra omnes regulas condemnare et sanctissimum et deoamantissimum archi-

4 nota c(on)c(i)l(i)a contra Pelagianos et Cælestianos *m^{mg}*

11 [17 et 19 *adscripta*] et ciuitates [dānatos *m*]

LX *Græce extat in V 95 S 75 A 58; alia uersio extat in Collectione Winteriana II [uol. V p. 364]*

C [= *um*], T [= *pq*], S [= *wr*, inde a 12]

1 audentibus *q* [= *US*] audientibus *Cp* uacauit *mp* [= *US*] turbatio T [= *US*]
5 orenti *C* eius *C* sapientibus T [= *US*] ualidi *C* 6 ipsa *C* 7 omnia
integre *C* 8 subscriptiones *v* synodi *om.* T [= *US*] 9 nostri sis *TS* deprecamur *v^{corr} q*
11 uero *om.* T [= *US*]
12 in his *pS* 13 reuerentissimi *p* 14 optimi *C om. TS* cultore *p* 15 sedis
apostolicæ *om. TS* 17 euuoptio *C* 18 ephesorum *p ephesenorum C* metropoli *qr*
20 per omnem — orbem *v* qui *om. v* propter *v* ephesina *qr* 21 suscipientes *v*
uram scitatem *pS* ura scitate *r* uestre sanctitati *q* 23 amabili *TS* archiepiscopo —
deo amicissimo *om. mw, corr. w in mg.* deo amabili *pS* deoamantissimo *q* 23/24 epō *vw*,
corr. w in mg. 27 siquidem *TS* apud *TS* 28 quod T qui *CS* sunt *v* sunt est *r*
recessionis *C* concilium et *v^{corr}* 29 modo *om. S* nec ipsi *om. C* noluerint *v*
30 gressum *S* faciaant *m* fecerunt *v* 31 dī amantissimum *p*

episcopum Cyrillum et sanctissimum ac dei || optimum || cultorem episcopum Memnonem; deinde || quod || hactenus Nestorii concertent dogmatibus et quidam inter eos sint Cælestiani atque damnati et orbis terrarum synodum præsumant uelut hæreticam accusare. si uero forsitan necessitas quædam a piissimo principe || inferatur ||, quoniam oportet Christo amabili piæque sanctioni secundum quod possibile est, obæ- 5 dire, si uoluerint prædicti subscribere quidem damnationi Nestorii, per libellos autem ueniam petere a sancto concilio pro quibus excesserunt contra nostros præsules, || anathematizare uero et || Nestorii dogmata et eos qui aperte quæ eius sunt, sapiunt uel sapuerunt, abicere et || nobiscum || laborare ad reddendum nobis sanctissimos archiepiscopos Cyrillum et Memnonem, permittimus uestre sanctitati, his gestis, suscipere 10 quidem eos ad communionem, scribere autem ad nos, ut et nobis et uobis consentientibus integra ad eos pax celebretur, non prius autem communionem eis polliceri, nisi præsules suos synodus sancta receperit. scire autem uestram uolumus sanctitatem quia si quid horum a uobis despiciatur, neque sancta synodus suscipiet a uobis gesta neque uos communicatores habebit. 15

3 Berenianus episcopus Pergæ mandans suscripsi.

Suscripserunt autem et omnes qui præpositi sunt in statu monumentorum || religiosissimi || episcopi.

RELATIO MISSA A SYNODO IMPERATORI PER SVpra DICTOS ET DESTINATOS EPISCOPOS

LXI Piissimis et || deo amicissimis || et Christo amabilibus Theodosio et Valentiniano 20 uictoribus triumphatoribus semper augustis sancta synodus quæ per dei gratiam et sanctionem uestræ potentiæ in Epheso celebrata est. Omnia quidem uestri imperii laudabilia sunt et plurimum circa pietatem ostendentia || zelum ||, Christo amabiles imperatores, et propterea communiter uniuersi et seorsum unusquisque pro æterna uestra potentia orationes domino nostro Christo proferimus, || seruari || orbi terrarum 25 per sæculum Christo amabilem uestrum apicem supplicantes; quia uero etiam nunc nostris flexa precibus pietas uestra præcepit per magnificentissimum et gloriosissimum comitem Iohannem dirigere nostrum uniuersale concilium quoscumque probauerit deo || amicissimos || episcopos ad uestram potentiam et coram uobis positos eos docere omnia quæ secundum nos sunt, necessario gratias agentes Christo amabili imperio 30 uestro elegimus sanctissimos et deo amabiles episcopos Arcadium Iuuenalem Flauianum Firmum Theodotum Acacium || Euoptium || et Philippum presbyterum || Romanum, || obtinentem locum sanctissimi et deoamantissimi episcopi apostolicæ sedis magnæ Romæ Cælestini et per has litteras offerimus eos uestræ tranquillitati, placidum supplicantes aspectum eos auditumque || impetrare ||. scientes uero Christo ama- 35

LXI In Acym hæc non iacet *m² in mg.*

LXI *Græce extat in V 108 S 114 A 59. altera uersio habetur in Collectione Winteriana 12*

C [= um], T = pq, S [= wr]

| | | | | |
|--------------------------------|----------------------------|----------------------|--------------------------|---|
| 1 dō w | optimum om. TS | episcopum om. C | 2 eo quod T | 3 cælestini S |
| 4 si uero] siue p | deferatur TS | 5 quoniam] quomodo w | 7/8 et anathematizare TS | |
| 9 uobiscum TS | 9/10 archiēpm S | 11 eos T om. CS | 13 reciperet v | uestram |
| om. w post sanctitatem coll. r | 14 suscipiet q suscipit Cr | suscepit pw | 15 nos w | 16 berenianus C uerianus S uerinianus T |
| 20 dō [a deo q] custoditis TS | 17 omnes autem v | propositi C, corr. v | 17/18 scissimi TS | |
| quis pw | 25 seruare T | 27 præcipit p | 29 amabiles TS | 32 theodorum C euuoptium C |
| et euoptium TS | 32/33 Romanum om. TS | 35 promereri TS | | |

bilem uestram et deo deuotam animam multum agentem placare Christum protegentem uos atque seruantem eiusque sacerdotes honorare per omnia, eo quod ab eo dictum sit: qui uos audierit, me audit, et qui uos suscepit, me suscipit, confidimus etiam de Le. 10, 16 quibus sumus contristati, nuntium adicere litteris. nos enim non alia qualibet Mt. 10, 40 causa Ephesiorum adprehendimus ciuitatem quam tractandi de fide secundum uestram 5 piissimam sanctionem; quia uero huius immobilem a sæculo tranquillitatem scelesti Nestorii dogmata turbauerunt, merito consilium de hoc proponentes post sedecim dies indutiarum definitarum et eum qui conturbauit || ecclesias || suis dogmatibus, Nestorium euocantes, cum is conscientia mala detentus occurrere nolisset, exami- nantes quæ ab eo in scriptis exposita sunt de incorporatione domini nostri Christi 10 impia dogmata, et illa ipsa anathematizauimus et horum patrem omni episcopatus dignitate fecimus alienum. sed Antiochenorum Iohannes post uicensimum secun- dum definitarum indutiarum uix ueniens diem, tamquam ulturus in nobis super zelo pro fide, triginta plus minus circa se colligens, quorum alii quidem Cælestiani, alii uero damnati ante multum erant, contra ipsos nostros accessit præsules et æmulatores 15 fidei rectæ sanctissimumque et dei cultorem archiepiscopum Alexandrinorum Cyrillum et sanctissimum et deoamantissimum || coepiscopum || Memnonem neque accusatos ab eis neque || uocatos || secundum consequentiam regularum depositionis subiecit iniuriæ et tamquam communicante sibi sancto || et || uniuersali concilio in nequitia contra || eos || facta, ita piis et deo amabilibus subripuit uestris auditibus. || et || 20 sancta || quidem || et uniuersalis synodus, in qua præsidet etiam magnæ uestræ Romæ sanctissimus et deoamantissimus archiepiscopus Cælestinus et uniuersum Occidentale concilium per eos qui ab || ea || directi sunt ad nos sanctissimos episcopos, || consedet uero || et Africa uniuersa et Illyricum, regulariter mota et ipsum principem recessionis concilii Iohannem et || eos || qui cum eo sunt, omni ecclesiastica communione alienos 25 esse dogmatizauit omnemque eorum sacerdotalem abscidit effectum, euacuans et quæ ab eis irregulariter gesta sunt. et horum quæ super eis gesta sunt, nuntium uestro dudum apici destinauimus; nunc autem et per has litteras et per directos deoaman- tissimos episcopos longis manibus pia uestra genua tangimus supplicantes ut quæ quidem per subreptionem gesta sunt super sanctissimis et deoamantissimis episcopis 30 Cyrillo et Memnone, nullam ex regulis uirtutem habentia omnino uacent, ne acefala, id est sine capite nostra sit synodus neque inportabili luctu et nos et omnes orbis terra- rum Christi sacerdotes indesinenter super præsulibus conteramur, sed promerentes quæ petimus, consuetas orationes cum ecclesiis in orbe terrarum constitutis referamus domino Christo, quatenus per sæcula nobis Christo amabilis uestra potentia condonetur. 35

24 [falso p. 176, 12 adscripta] n̄ contra litteras Caprioli *m in mg.*

31 [falso p. 176, 18 adscripta] n̄ unde sibi nomen Acephali [decephali *m*] reppererunt *m in mg.*

C [= *um*], *T* [= *pq*], *S* [= *wr*]

| | | | | |
|--|--|--|---------------------------------|---------------------------------|
| 3 suscepit <i>pw</i> | 4 edicere <i>S</i> | aliqua <i>S</i> | 6 sanctionem piissimam <i>C</i> | 7 pertur- |
| bauerunt <i>v</i> | de hoc consilium <i>C</i> | 8 ecclesias dei [dixit <i>p</i>] <i>T</i> | 9 decurrere <i>w</i> | 10 in |
| <i>om. CS</i> | ihū xpi <i>CS</i> | 11 anathematizamus <i>m</i> | anathemauiimus <i>p</i> | 12 iohannes antioche- |
| norum <i>CS</i> | 12/13 secundum <i>CTSP om. Coll. Wint.</i> | 13 supra <i>S</i> | zelum <i>CS</i> | 15 damnati] |
| damnati <i>C</i> | erant] tempus <i>v</i> | 17 ep̄m <i>T</i> | 18 euocatos <i>T</i> | consequentias <i>CS</i> |
| <i>om. TS</i> | 20 eum <i>pS</i> id <i>q</i> | subrepuir <i>CS</i> | et <i>om. TS</i> | 21 siquidem <i>pS</i> |
| [= αὐτῆς] <i>C</i> | eo <i>TS</i> | 23/24 considet uero <i>C</i> | cum quibus et assidet <i>T</i> | cum quibus adsedet |
| [assidet <i>r</i>] <i>S</i> | 24 illiricus <i>C</i> | recessionem <i>w</i> | 25 eos <i>om. TS</i> | omnia <i>C</i> , corr. <i>v</i> |
| 26 abscisit <i>pS</i> , corr. <i>w</i> | 27 uestræ <i>S</i> | 28 dudum <i>om. m</i> | 31 mennone <i>T</i> | 32 sit |
| <i>om. mw</i> , corr. <i>w</i> | omnes <i>Baluze</i> | omnis <i>CTS</i> | 34 qua <i>S</i> | |

calumnia enim contra eos facta a Iohanne Antiocheno et qui cum eo sunt, contra nos omnes respicit, qui eiusdem fidei cum his quos memorauimus, sumus et sacerdotium cum eis habemus, eo quod et omne Occidentale concilium testimonium perhibeat rectæ eorum et || inculpabili || fidei et nobis ipsis de hoc satisfactum sit et in scriptis sub gestis monumentorum uoces emisimus quia sunt orthodoxi et sanctorum patrum nostrorum habent circa catholicæ et apostolicæ ecclesiæ dogmata uoluntatem. 5 suppli- camus igitur uestre potentiæ, soluite || et nos et || ipsos uinculis. colligati namque sumus colligatis utpote fratribus et præsulibus sancti nostri concilii.

MANDATVM GESTVM AB ORIENTALIBVS || HIS || QVI MISSI SVNT AB EIS CONSTANTINO-
NOLIM EPISCOPIS VT CAUSAM DICERENT CVM HIS QVI MISSI SVNT AB VNIVERSALI 10
CONCILIO || AD CONSTANTINOPOLIM ||

LXII 1 Sancta synodus Epheso celebrata deo || amicissimis || et sanctissimis Iohanni episcopo Antiochenorum magnæ ciuitatis et Iohanni || episcopo Damascenorum || metropolis et Himerio episcopo Nicomediensis metropolis et Paulo episcopo Emesenorum, facienti sermonem et pro sanctissimo episcopo Acacio Beroeæ, et Macario 15 episcopo Laodicensium ciuitatis, facienti sermonem || et pro || Cyro episcopo Tyrionum metropolis, et Apringio episcopo Chalcideorum, facienti sermonem et pro Alexandro episcopo || Apamenorum || metropolis, et Theodoreto episcopo Cyrestorum ciuitatis, facienti sermonem et pro Alexandro episcopo Hierapolitanorum metropolis, et Helladio episcopo Ptolomaidis præsentes præsentibus mandamus quæ subter adnexa sunt. 20

Quoniam ecclesiastici causa negotii propter quod omnes euocati sumus ad Ephesum, in || præsenti || uestra sanctitas secundum sanctionem piissimorum nostrorum principum ad magni nominis est euocata Constantinopolim, quatenus debeatis pro ueritate certari et pro fide sanctorum patrum et dogmatibus rectis, non autem iussi sumus omnes adesse uobis, oportebat autem uoluntatem nostrorum omnium || uobis || 25 manifestam facere quoniam perduramus et || rata || habemus quæ a uobis geruntur et tendunt ad dei timorem et ecclesiasticam pacem et disciplinam, hac causa hoc uobis mandatum fecimus, per quod mandamus et permittimus omnemque potestatem damus quam et ipsi præsentes habuimus, ut cum dei solacio uenientes uos ad prædictam magnam ciuitatem, siue coram piissimo imperatore opus sit siue in consistorio siue 30 coram sacro senatu siue in synodo sermo de quæstionibus sit mouendus, hunc cum

LXII *Græce extat in V 96 S 76 A 60; aliæ uersiones Latine habentur duæ, altera in Collectione C III, altera in Collectione Winteriana 13*

C [= *um*], T [= *bq*], S [= *wr*]

2 respuit *p* cum — memoramus sumus S sumus cum — memoramus C 3 Occidentale *om. C*
perhibebat *mS* 4 inculpabilis *pS* 4/5 sub gestis *qS* suggestis *p* gestis C 5 monumentum *p*
6 dogmata uoluntatem] dagmatatem *m* 6/7 supplicauimus *w* 7 et — et C etiam nos TS
colligatis C 8 colligatis *q* collegatis *p* colligati *vr* collegati *m* conligati *w* in nostri *p*
9 in his *pS om. q* 11 ad Constantinopolim *om. TS* 12 amabilibus TS
13 iohanne *mp* damascenorum *epō T* 14 et Himerio — metropolis *om. C post ueroæ*
coll. r emerio S nicomedinsis *p* nicopoli nicomediensis S et² *om. v* 14/15 me-
senorum *v* 15 facientem S, *corr. r* et¹ *om. v* beroeæ *p* beroæ *v* ueroæ S boreæ *m*
beroreæ *q* et² *om. v* 16 et pro *mS* pro *v* metropolis *p* metropolis et *q* 17 metropoli
sed S metropolis *v* et² *om. v* 18 apamiorum T apannorum S theodorito CS
19 et¹ *om. v* alladio C illadio S 20 ptomaidis *v* thomaidis *m* 22 præsentia TS
24 certare *vq* 25 adesse omnes *v* uobis² *om. TS* 26 grata T 27 hoc *om. v*
28 omnem potestatem et *v* omnem quo S 30 ciuitatem magnam C cum opus *v*
sit T est CS 31 cum quo S

conuenienti uobis fiducia et sapientia atque diligentia moueatis pro communi statu ecclesiarum et suscipiatis certamen pro nobis omnibus, nobis quippe perdurantibus et permanentibus et amplectentibus et || rata || habentibus omnia quæ a uobis geruntur gestaue fuerint huius causa negotii. si uero aliquo modo opus fuerit placito aut ecclesiastica pace aut alio quodam exigente suscriptionem omnium nostrorum causa, 5 et hoc ipsum rogamus || ut || uestram non pigeat facere sanctitatem pro commo uniuersitatis et pro gloria domini Christi. si uero etiam synodicam placeat destinari a uobis hic exigentibus subscriptionem, profitemur communiter et seorsum singuli ei subscribere cum omni alacritate et dirigere ad piissimum comitatum, illo manifesto existente quia omni modo capitula hæretica a Cyrillo Alexandriæ superintroducta fidei 10 patrum in Nicæa conuenientium cum anathematibus eiciuntur, utpote aliena a catholica et apostolica ecclesia.

Alexander Hieraspoleos episcopus metropolita, quicquid secundum expositam fidem a sanctis patribus in Nicæa egeritis neque superintroducto aliquo fidei sanctorum patrum et eiectis capitulis || hæreticis || Cyrilli Alexandrini, in hoc consentio. huic 15 enim expositioni fidei et iam cum sancto concilio quod uobiscum est, subscripsi.

Dorotheus episcopus Marcianopoleos secundæ Mœsiæ subscripsi similiter, mandans sicuti supra || est scriptum ||.

Et omnes reliqui subscripserunt.

LXIII Piissimis et deoamantissimis Theodosio et Valentiniano uictoribus triumphatoribus 20 semper augustis sancta synodus quæ gratia Christi et nutu uestre potentiæ in Ephesena metropoli congregata est. Circa pietatem sollicitudinem uestram atque studium, Christo amabiles imperatores, omnium deus || approbans || etiam sanctorum episcoporum Occidentalium zelo animas excitauit ad uindictam iniuriam passi domini Christi. nam licet plurimum itineris spatium peruenire usque ad nos 25 illam multitudinem sanctorum prohibuisset episcoporum, sed tamen illic congregati, præsentem etiam magnæ Romæ sanctissimo et deoamantissimo episcopo Cælestino, etiam nunc nostrum sensum fidei cum multa consonantia prædicauerunt et qui extra hunc sensum sunt, alienos esse penitus sacerdotio et clero et gradu definiuerunt. hæc itaque etiam prius et magnæ Romæ sanctissimus episcopus Cælestinus, antequam 30 colligeretur sanctissima synodus, per suas litteras nuntiauit, committens sanctissimo et deoamantissimo episcopo Cyrillo Alexandrinorum magnæ ciuitatis suum optinere locum, et nunc rursus per alias litteras hæc ipsa sanctæ synodo manifesta constituit, quam congregari potentia uestra præcepit in Ephesena metropoli, quas etiam destinauit et per sanctissimos episcopos Arcadium et Proiectum et deoamantissimum presbyterum 35 Philippum magnæ Romæ complementem præsentiam sanctissimi et deoamantissimi episcopi Cælestini. quia ergo uiri uenientes uoluntatem totius Occidentalis

LXIII *Grace extat in V 107 S 65 A 43*

C [= um], T [= pq], S [= wr]

| | | | |
|---|---------------------------|--------------------------------------|---|
| 2 quippe <i>TS</i> quoque <i>C</i> | 3 grata <i>T</i> | 4 gesta <i>m</i> et gesta <i>v</i> | fuerint <i>CS</i> , <i>corr. v</i> |
| 5 alia quadam <i>q</i> | suscriptione <i>p</i> | 6 ut <i>om. TS</i> | 8 prophetemur <i>p</i> singulis |
| eis <i>S</i> | 10 alexandrinæ <i>qS</i> | 11 eicitur <i>S</i> | 15 capitulis <i>om. m</i> hæreticis <i>om. TS</i> |
| 17 mosie <i>m</i> misia <i>vq</i> mysia <i>pS</i> | simul <i>S</i> | 18 scriptum est <i>TS</i> | |
| 22 ephesina <i>qr</i> | metropolim <i>pw</i> | pietatem et <i>v</i> | 23 probans <i>TS</i> 24 uin- |
| dictam et <i>v</i> uindicandam <i>q</i> | 29 definierunt <i>Cqr</i> | 34 ephesena <i>p</i> ephena <i>v</i> | Ephesina <i>q</i> |
| ephesenam [ephesinam <i>r</i>] <i>mS</i> | metropolim <i>pS</i> | 35 et ¹ <i>om. Cqr</i> | 36 complectentem <i>C</i> |
| 37 uoluntatem <i>om. C</i> | | | |

sancti concilii manifestam huic synodo fecerunt per litteras concordemque nobis sensum pietatis et fidei monstrauerunt et nobiscum unanimes tam per epistulas quam per ea quæ mandata sunt eis, quæ etiam ex scripto deposuerunt, facti sunt, [cum] necessario et de eorum || ad || nos concordia || agentes ||, quæ digna sunt, ad potentiam uestram rettulimus, ut sciat uestra pietas quia uno communique decreto totius orbis terrarum 5 a nobis nuper prolata sententia est, quam edoceri et manifestum fieri zelus uester circa fidem pietatemque procurauit. quia ergo negotium finem accepit optabilem || et || uestræ potentiæ et uniuersis ecclesiis cautelam || summam || præbentem et fidei firmitatem, supplicamus uestræ pietati iam nos a sollicitudine requiescere et habitatione peregrina, alios quidem paupertate constrictos, alios autem languore depressos, alios 10 uero senectute grauiter incuruatos et in peregrinatione habitaculum ferre amplius non ualentes, ita ut etiam quidam ex nobis episcopi et clerici morerentur, ut tandem requiescentes a tali sollicitudine curam ecclesiæ magnæ ciuitatis habeamus. prohiberi quoque deprecamur et ad iudices locorum litteras cum terrore transmitti, ne aliqua rursus altera difficultas imponatur ecclesiis aut tribulatio reuertendi ad suas 15 prouincias sanctis episcopis. pietate namque || demonstrata || et || omni || orbe terrarum consonum decretum super ea || proferente || præter paucos qui amicitias Nestorii pietati præponunt, || iustam || petimus || gratiam || supplicantes uestræ potentiæ tandem nos a cura quiescere et || unumquemque suam comprehendere ciuitatem et || cogitare pro ordinatione futuri et de cetero in fidei firmitate et pietate 20 lætari et pure atque salubriter pro uestra potentia domino omnium Christo orationes offerre.

Cyrillus episcopus Alexandriae rettuli

Iuuenalis episcopus Hierosolymorum rettuli

Firmus episcopus Cæsariæ rettuli

Et omnis quoque synodus rettulit

25

COMMONITORIVM CVM RELATIONE DIRECTVM CLERO CONSTANTINOPOLEOS A SYNODO

LXIII Necamur æstibus, cum || uenti || sint graues, et pæne cottidie aliquis sepelitur, ita ut omnes pueri languentes ad propria remitterentur; et alii || uero || omnes episcopi in his sunt. unde consequens est reuerentiam uestram adire Christo amabilem 30 principem et dicere quia opprimitur synodus ab his qui prohibent terminum dari, ut absolute languore necentur. scire uero reuerentia uestra debet quia licet in tantum nitantur ut omnes moriamur, non tamen fit aliud præter hæc quæ decreta || sunt per nos || a saluatore nostro Christo.

13 curam ecclesiæ suæ habeat unusquisque uel studium *C in mg.*

LXIII *Græce non extat*

C [= vm], T [= pq], S [= wr]

3 etiam quæ *v* cum in *C* per negligentiam non deletum 4 apud *TS* concordiam *pw* acta fuisset [fuissent *q*] *T* actum fuisset *S* uestram potentiam *v* 6 manifestam *q'*
7 et *om. TS* 8 summam *om. TS* 8/9 fide infirmitatem *p* 9 supplicamus *r*
12 etiam ut *v* ex *om. m* 13 a *om. m* 16 pietate namque] pietatem itaque *q*
monstrata *pS* monstrata *q* omnium *pS* orbi *q* 17 proferte *pS* deferte *q* 18 iustum *TS*
beneficium *TS* 19/20 unumquemque — et *om. TSI'* 22 efferre *p* . cæsareæ *qu*
26 retuli *S*
27 a synodo *om. w* a sca synodo directum *r* 28 aeres *TS* 29 uero *om.* 33 alius *m*
33/34 per nos sunt *TS* 34 nostro *om. v*

NARRATIO ORDINATIONIS MAXIMIANI CONSTANTINOPOLEOS EPISCOPI

64^a Euntibus Constantinopolim septem et septem episcopis, satisfactum est per semet ipsum in præsenti imperatori quia magnum et uniuersale concilium omnia regulariter et consequenter agens damnauit Nestorium. et approbavit quidem eos, uituperavit autem Orientales et postea exilio Nestorium destinavit, iussit autem his 5 qui de sancto et magno et uniuersali concilio erant, ingredi in ecclesiam et ordinare episcopum sanctæ ecclesiæ Constantinopolitanæ. quod etiam factum est; ingressi d. 25. m. Oct. enim ordinaverunt Maximianum episcopum. et post hoc iussit imperator omnes a. 431¹ episcopos abire unumquemque ad propriam regionem, et abierunt; mansit autem Iohannes || Antiochenus || episcopus et qui cum eo erant, || existentes segregati ||. 10 ingressus autem est Cyrillus episcopus Alexandriæ Athyr tertia et suscepit eum ciuitas d. 31. m. Oct. cum multa excellentia et gloria. a. 431

1 LXV Deoamantissimo et reuerentissimo comministro Cyrillo Maximianus in domino salutem. Conpletum est desiderium tuum, deoamantissime; || peracta tibi || est pietatis intentio, ad terminum peruenit desiderium pietatis. theatrum factus es 15 1 Cor. 4, 9 angelis et hominibus et cunctis Christi sacerdotibus: non solum credidisti in Christo, Phil. 1, 29 sed etiam pro eo pertulisti. solus dignus iudicatus es passionum Christi, utique dignus effectus eius stigmata in corpore tuo portare. confessus es eum coram Gal. 6, 17 hominibus, || confitebitur te coram || patre et sanctis angelis, redimitus es pro pietate Mt. 10, 32 coronis. omnia potuisti in Christo, qui te confortauit: humiliasti satanam || con- 20 Apoc. 2, 10 fringens eius arcum || per patientiam, derisisti tormenta, conculcasti furorem iudicum, Iac. 1, 12 despexisti famem; habuisti enim panem de cælo descendente || et || uitam dantem Ioh. 6, 50 2 hominibus de super. quia igitur neque nos defuimus istis, alia quidem sensibilibus hic edocti, alia uero in auditu habentes tribulationis uestræ, quam pertulistis prin- Eph. 6, 12 cipibus resistentes et potestatibus et mundi rectoribus tenebrarum 25 sæculi huius et spiritibus nequitiae, euecti autem sumus ad pontificatum maximæ ciuitatis, dignare itaque, deoamantissime, orare et nos confortare et consiliis imbuere et omnem fauorem circa nos exhibere, quatenus compleatur et in nobis scripturæ dictum: frater fratrem adiuuans sicut ciuitas est munita. || uere Prou. 18, 19 enim spiritalis gratia ciuitas est munita || non ualens debellari nec obsideri a diabolo 30 neque suffossionibus neque transcensionibus inuadi. non enim subiacet captiuitati diabolicæ ciuitas quæ a Christo domino custoditur, Christo utique, qui mundum uicit et æterna tibi præmia præparauit, qui dixit: quicumque non tollit crucem Mt. 10, 38 suam et sequitur post me, non est me dignus. dignus ergo domino Christo factus tollendo crucem et sequendo eum, non neglegas pro nobis apud Christum lega- 35 tionem fungi, fraternas || autem rectitudines || proprias æstimando uirtutes.

Incolumis in domino ora pro me, deoamantissime et || sanctissime || frater.

64^a Græce extat in V 109 S 115 A 149; hac uersione usus est Liberatus 6 p. 26

LXV Græce extat in V 114 S 83 A 88

C [= um], T [= pq], S [= wr]

1 epi constantinopoleos uqr 2 constantinupoli p 3 ipsos uorr 10 antiochiæ T
insegregati [segregati q] existentes TS 12 excellentia et Cq excellentiæ pS
13 inscr. EPISTOLA MAXIMIANI EPI CONSTANTINOPOLITANI AD CYRILLVM [sancto Cyrillo q]
EPM ALEXANDRIÆ [hæc duo uocabula om. qr] qS et cōministro m 14 acta apud te TS
19 confessionem meruisti a TS et a S redemptus w proprietate T 20/21 confringens
eius arcum om. TST 22 et om. TS 22/23 dantem uitam CS 23 de super homi-
nibus C uos v defuimus istis] defuistis C 24 audito Cr 29/30 uere — munita om. TS
30 obsidere C 31 transcessionibus S 32 a om. C 36 fraternitas w fraternitatis r
autem om. TS correctiones TS 37 incolomes [incolumes v] Cw orare C uenerabilis TS

LXVI Dominis || desiderantissimis || et dei || optimis || cultoribus fratribus et com-
 ministris Iuuenali Flauiano Arcadio Proiecto Firmo Theodoto Acacio || et || Philippo
 presbytero Cyrillus in domino salutem. Satisfactum || est nobis || iterum et ipso
 1 Esr. 4, 38 experimento cognouimus quia ueritas uiuit et uincit secundum sancti uocem,
 resistit autem ei omnium nihil. est || autem || sic ualidissima, ut insurgat aduersus 5
 omnes inimicos et resistentium sibi uirtutem soluat. ecce enim ecce false quidem
 loquentium || labia || destruxit et illicitarum blasphemiarum caligo cessauit, resplenduit
 d. 25. m. Oct. autem ueritatis dogmatum pulchritudo, ordinato episcopo secundum decretum dei
 a. 431 atque consilium per || religiositatem || uestram reuerentissimo et dei || optimo || cultore
 Maximiano, quem etiam || et || longa ætas ornauit non in desidiis et deliciis constitutum, 10
 sed in laboribus || pro || uirtute, et qui multa rerum decoratus est cura pro ueritate et
 dogmatibus pietatis. congaudens igitur uniuersis ecclesiis et populis ibidem con-
 Lc. 1, 68 stitutis merito proclamabo: benedictus dominus, quia uisitauit et fecit
 Ioh. 10, 15 redemptionem plebis suæ. non enim poterat dormire sic bonus pastor, ut etiam
 || suam animam poneret || pro ouibus, || sicut autem || semper saluificare sciens, || ma- 15
 lignum quidem || a || sacræ || et || diuinæ aulæ reppulit || captione ||, sapientissimum
 autem et totius uirtutis insignem præceptorem elegit, quem etiam credimus || perdura-
 turum || in omni bono et || ad salubrem atque præcipuam et || uirtute pollentem guber-
 nare || uitam || sub sua manu || populos constitutos ||.
 Incolumes uos esse in domino et nostri || esse || memores || domino || oramus, 20
 carissimi et desiderantissimi.

INTERPRETATIO SANCTIONIS IMP̄ SCRIPTÆ AD ISIDORVM GLORIOSISSIMVM PRÆFECTVM
 a. 436 PRÆTORIORVM ET CONS̄ ORDINARIVM

LXVII Licet || circa sollicitudinem || publicarum rerum || clarum sit nostrum || studium,
 non tamen minor apud nos est religionis cautela sanctissimæ, qua uidelicet a nobis 25
 custodita etiam in publicis utilitatibus nos || adiuuari || confidimus. et propterea,
 quoniam Nestorius, catholicæ ecclesiæ aliquando sacerdos, nunc autem fidei proditor,
 tantis nequitiae molibus || implicatus || apparet et necessarium est ut sententiæ nostræ
 tranquillitatis subditus || congrua calamitate || suis moribus oneretur, qui relictis
 uenerabilis ecclesiæ sanctionibus nefandæ hæresis auctor apparuit, et dum corruperit 30
 fidem eorum quos || sibi || prodicionis societate copulauit, in sua persona recepit etiam
 crimen prodicionis alienæ, || tua || igitur auctoritas gloriosa hoc pragmatico siue speciali

LXVI *Græce extat in A 90*

LXVII *Græce extat in VIIIO S II6 A 150*

C [= *vm*], T [= *pq*], S [= *wr*]

| | | | | |
|--|-------------------------------------|--|------------------------|--------------------------------|
| 1 dominis et C | desiderabilibus TS | optimis om. TS | fratribus om. S | 2 theo- |
| doro CS | et om. T | 3 satis factum nobis [nobis factum q] est TS | et] ex m | 5 autem |
| om. T | 7 ora TS | splenduit m | 9 concilium S | sanctitatem TS |
| cultori v | 10 et om. T | ordinauit S | 11 pro C et TS | 12 ibidem TS sibi v sibi met m |
| 14 plebi v | poterit v | 15 poneret suam animam T | sicut autem C et TS | 15/16 ma- |
| lignam quidem bestiam TS | 16 sacra TS | diuina TS | uulæ C aula TS | 17 captionem C, |
| corr. v om. TS | 17/18 perduraturum C decorari TS | 18 ad — et C uenerabili atque præcipua TS | | |
| uirtute] tute p | 18/19 gubernaret p | 19 uitam om. TS | populum constitutum TS | |
| 20 nostris p | esse om. TS | domino om. TS | | |
| 22 IMP̄ w imperii C imperatorum pr̄ imperialis q | ad Isidorum] aīyriorum m | 23 CONS̄ α | | |
| consulem Tr̄ constitutio C | 24 pro sollicitudine TS | aperte n̄rum sit TS | 25 quia vT | |
| 26 custodire S | adiuuare pS | 28 obligatus TS | 29 competenti clade TS | relectis C |
| 31 suæ TS | 32 tua C tua gloria pS tuæ gloriæ q | pragmatica q pragmaticum S | | |

auctoritate suscepta memoratum Nestorium || in iuge || exilium Petræ pro impietatibus suis deduci præcipiat, ita ut omnis eius substantia Constantinopolitanæ applicetur ecclesiæ, ut res eius accipiat reuerentissimus locus, cuius pridem prodidit sacramentum. sic enim erit in animabus hominum sincera sanctissimæ reuerentia fidei et felicitas nostri imperii munita religione florebit.

5

RESRIPTVM LEGIS SACRÆ CONTRA NESTORIVM

|| IMPERATORES CÆSARES THEODOSIVS ET VALENTINIANVS VICTORES TRIUMPHATORES
MAXIMI SEMPER VENERABILES AVGVSTI ||

LXVIII Debita a nobis piissimæ religioni cultura eos qui circa diuinitatem impie agunt, pœnis puniri dignis et nominibus eorum prauitati conuenientibus eos appellari uult, 10 ut exprobrationibus subditi æternam contumeliam || delictorum || sustineant et neque uiuentes extra supplicium neque morientes sine contumelia esse noscantur. ||Nestorio || igitur monstruosæ doctrinæ principe || condemnato ||, superest unianimes eius et impietatis socios nomini || subicere || uituperando, ne Christianorum utentes uocabulo eorum nomine decorentur a quorum dogmate agentes impie recesserunt. propter 15 hæc sancimus ubique Nestorii nefandæ sectæ communicatores Simonianos nominari (oportet enim eos qui || in || diuinitatis auersione illorum imitantur impietatem, appellationem illi sortiri consimilem, || quemammodum || Arriani lege || diuinæ || memoriæ Constantini Porphyriani propter similitudinem impietatis Porphyrii nominantur, qui ueram religionem temptans uerbi uirtute comprimere libros sibimet || sceleratos, || 20 non eruditionis commenta dereliquit) || et ut nullus || præsumat eiusdem Nestorii nefandi atque sacrilegi impios libros de uenerabili orthodoxorum religione et contra dogmata episcoporum Epheseni sancti concilii retinere aut legere aut || transcribere ||, quos oportet omni studio requisitos publice concremari (hoc enim modo omni impietate radicitus amputata simplex et quæ potest seduci facile multitudo nullum erroris semen 25 aliquando poterit inuenire) || et || neque memoriam ita perditorum hominum in aliquo religionis colloquio aliter quam Simonis nomine nuncupari neque domum eis aut agrum aut suburbanum aut quemlibet alium locum || synodi || causa latenter aut aperte præberi. tales enim decernimus omni licentia synodi esse priuatos, cum omnibus palam sit quia qui transgreditur hanc legem || et || Nestorium || imitatur ||, 30 rerum suarum confiscatione multabitur.

5 *subscr.* in Acym̄ iacet post satisfactionem Cyrilli ad imperatorem Theodosium *m*

17 in Acym̄ solo: eos qui Christi paupertatem in diuino mysterio factam auersantur, illius *m*² in *mg*.

LXVIII *cf. ep. 280. Grace extat in V III. 112 S II7. 118 A 151. 152. constitutionis altera uersio ab Iustiniano interpolata habetur in Gestis Concilii quinti [L V 471 = M VIIII 249]; ipsius Latini exemplaris epitome in Theodosianum [16, 5, 66] recepta est*

C [= um], T [= pq], S [wr]

| | | | |
|--|--|----------------------------------|--|
| 1 iniunge <i>pS</i> | pertræ <i>m</i> pertraat et <i>u^{corr}</i> | 3 cui <i>v</i> cum <i>m</i> | 4 animalibus <i>C</i> |
| 7/8 Imperatores — augusti <i>om. vTS</i> | 7 imperator <i>m</i> | 9 religionis <i>T</i> | 11 ex |
| probationibus <i>CpS</i> | delicti <i>TS</i> | 12 nestorii <i>pS</i> | 13 occultato <i>TS</i> |
| 14 subiungere <i>TS</i> | 16 ubique <i>T</i> ubi <i>S</i> ubi et ubi <i>C</i> | nefandæ sunt <i>S</i> | 17 in <i>om. TS</i> |
| diuinitates <i>C</i> | auersionem <i>p</i> | impietatum appellatione <i>p</i> | 18 illi <i>scripsi</i> illos <i>CpS</i> illis <i>q</i> |
| quemammodum enim <i>vpS</i> | diuæ <i>pS</i> | 20 sceleratos <i>om. TST</i> | 21 nullusque <i>TS</i> |
| 23 ephesini <i>vqr</i> | tractare <i>TS</i> | 25 nullo <i>S</i> | 26 et <i>om. TS</i> |
| synodica <i>pS</i> | 30 quia qui] quia <i>C</i> qui <i>u^{corr}</i> | et <i>om. TS</i> | imitatus <i>TS</i> |

Sublimis igitur || et clarissima || tua potestas hanc constitutionem nostram ad notitiam uniuersorum prouincias habitantium præceptis sollemnibus peruenire procuret. hanc autem legem in Latina et Græca lingua posuimus, ut omnibus aperta sit atque nota.

Flavius Anthemius Isidorus, Flavius || Bassus || et Flavius Simplicius Reginus 5 præfecti dicunt. Nihil ita carum imperatoribus est quomodo semper agere pie aut actibus huiusmodi diligentiam adhibere; qui cottidie, ut ita dicatur, non differunt noctes et dies curis continuantes [et] || quanto || magis in ipsa pietate hoc cum omni studio seruare consueuerunt? futura igitur emergere quadam inrationabili et insensata et præsumptione plena religione, magis autem non futura, sed || iam || etiam 10 quandam erroris auctoritatem sibimet uindicante, || sua || prouidentia sine quolibet tumultu et cum omni tranquillitate, quæ eis semper inserta est et || amica || per omnia, huiusmodi emendationem fieri || præceperunt ||, principes || quidem || iniquitatis pœnis competentibus castigantes, reliquorum uero prouidentiam facientes, quatenus læsi nihil, sed || ammonitione sola || ad meliora deflexi atque conuersi nihil quidem 15 suorum amitterent, quæ uero perfecta est et æterna et post uitam consistit, possessionem pietatis cognoscentes, eam firmissime custodirent. sed quoniam hominum genus præuentum semel et saginatum dolosis sermonibus, || melioribus || rationibus || inpersuasum || est et egent ad hoc etiam timore præcipuo pœnisque grauissimis, eos || quidem || qui adulterantur fidei dogmata, de cetero cessare præcipiunt et cogitare 20 quæ meliora sunt, et neque eos in quemlibet locum conuenire neque aliis stadium impietatis ostendere aliquod sibi competentium prædiorum siue in urbe || consistens || siue extra urbem aut urbi uicinum, sed simpliciter inadibilem esse huiusmodi concilio omnem terram. eos autem qui uesanis compositionibus Nestorii consentiunt et occasionem errorum libros habent eius, miserantes magis quam punientes, prædicunt 25 illos quidem igni contradere atque exterminare, ne memoria tantæ læsionis in re publica reuoluta impedimenta ueræ fidei faciat, || nec transcribi exemplar eorum || quos neque scribere || a || principio neque inuenire fuerat bonum, neque legere talia ex quibus damnum totius perditionis accidat. quid enim animæ et fidei præponendum est? quibus nocent huiusmodi lectiones, quæ et || integritatem || animæ excæcare possunt 30 et ad peiora compellere. et ut || neque || lateant qui sint, aut || uocabulum quoddam || conueniens || habentes commemorent || compositionem fabulæ ipsius, ad memoriam reuocantes quod esset melius obliuioni contradi, Simonianos quidem eos nuncupari præcipiunt, grauissimis uero suppliciis, si in futuro transcenderint, castigantes. ut

C [= um], T [= pq], S [= ur]

1 et clarissima *om. TS* 2 habitantibus *S* prouenire *C* 4 finit sacrum incipit
pfectorum pceptum *w in mg., iis quæ secuntur, inscr. r*
5 bacchus *TS* regnus *C* 6 quomodo] quam *u^{corr}* 8 et² deleri debuit in *C*
quanto *om. TS* 10 et *om. v* iam *om. T* 11 uindicante *T* uedicantes *C* indicantem *S*
sua *C* quadam *TS* 12 amica *m* amicam *v* cara *T* cura *S* 13 præceperunt nobis [nouae *q*] *TS*
quidem *om. TS* 14 prouidentiam uero *p* 15 læsi] lacsi *S* monitione *p* mutatione *q* munitione *S*
sola *om. TS* 16 ammitterent *v* admitterent *m* 17 custodire *S* hominum] omnium *C*
18 peioribus *TSI* 18/19 persuasum *TS* 20 quidem *om. T* 21 in *om. S* studium *C* 22 con
sistentes *TS* 23 concilium *p* 25 occasionem *m* occasione *v TS* merantes *C* memorantes *u^{corr}*
26 ne *om. v* 27 nec — eorum *om. TS* quod *S* 28 a *om. TS* principium *p* 29 accedat *C*
30 nocens *S* perfectionem *TS* exercere *C* 31 non *TS* lateat *S* aut *om. C*
uocabulum quoddam *C* quod uocabulum *TS* 32 habeant commemorant *TS* 33 obliuionem *f*
34 r. ciipiunt *p*

autem cognoscatis tranquillitatem, pietatem præceptorum, prouidentiam quam per omnia subiectis attribuunt, piissimorum nostrorum principum, qui soli restituunt deo per fidem repensationem dignam beneficiorum quæ in eos et || in || uniuerso terrarum orbe largitur, huic nostræ conscriptioni secundum consuetudinem diuina luce plenam legem præfulgere præcipimus, cui obædientes supplicio uosmet ipsos liberos facietis 5 in || futura longitudine totius æui ||, agere pie discentes immortaliaque beneficia promerentes, et in tantum uobis proderit quantum imperator sanciens et deus recte adoratus solitus est prodesse.

IMPERATORES CÆSARES VICTORES TRIVMPHATORES MAXIMI || ET <SEMPER> COLENDI || THEODOSIVS ET VALENTINIANVS || [CYRILLO EPISCOPO ALEXANDRIÆ] IOHANNI EPI- 10 SCOPO ANTIOCHENO, SIMILITER ET CYRILLO EPISCOPO ALEXANDRINO ||.

LXVIII 1 Intentio nobis correctio pacis est, quam uidelicet, || propositum || uestrum sequentes, perpetue || complere promittitis ||, et alios || uero || omnes homines || tamquam || propter || caritatem || sacerdotes effecti non quiescitis edocere. tempus || est ergo ||, quoniam ad hanc uos segnes esse, || unde || non oportebat, euenit, ad hoc 15 inuitare ad quod alios || reuocantes || credimus || uos || alacriter aduenire. res enim fugienda et inopinabilis in nostris temporibus contigit, sacerdotum religionis ueræ discordia quæ etiam omnem uirtutem narrationis excessit. quando enim sperabatur omnis et usque ad suspicionem auferri contentio et || perfectissimæ unitio || terminus sequi, tunc discessionis et turbæ maximæ occasiones accensæ sunt. mæstitia 20 igitur in hac causa et || plurimæ || æstuationis occasio est doctores ecclesiasticæ pacis et fontem concordiae in tantam conuerti contentionem, ut egeant inuitantibus quatenus 2 || memores efficiantur || horum quæ ipsi allegare || constituti sunt ||. tanti igitur mali solutionem unde etiam principium || suscepit, || inuenire sperantes et diligenter quatenus hoc || perageretur ||, curantes, ne repens serpat amplius contentionis uitium, 25 hoc deliberauimus, omnibus || nobiscum || concurrentibus, et sanctissimo gloriosissimæ huius urbis et omnibus qui hic comperti sunt, deoamantissimis episcopis et omni eorum clero, ut quæ bene olim unita sunt et atroci incidente passione diuisa orthodoxæ fidei membra coaptentur, quatenus, uos inquam et reuerentissimus episcopus || Antiochenorum Iohannes et reuerentissimus episcopus || Alexandrinorum Cyrillus, conuenientes 30 alterutris deponatis quæ inter uos sunt inimicitias et dubitationem, promittentibus nobis quos prædiximus reuerentissimis uiris quia si subscripseris depositioni Nestorii et eius doctrinam anathemaueris, nulla relinquetur dubitationis occasio, sed mox et sanctissi-

LXVIII *Græce extat in V 120 S 86 A 102; alia uersio habetur in Collectione Veronensi 27*

C [= *um*], T [= *pq*], S [= *wr*, usque ad 8]

1 pietatis *m* pietatis et *v* præceptorem *C* 3 quam *vg* in *om.* *TS* 3/4 uni-
uerso orbe terrarum *Cr* uniuersum terrarum orbem *q* 4 constitutionem *S* diuinam *p*
6 futuro longo sæculo *TS* a genere *p* pio *S* immortali atque *p*
inscr. sacra inperialis ad loannem Antiochenum episcopum *q* 9 et colendi *C* semper
augusti *T* 10/11 cyrillo *epo* alexandrie [*alexandriæ* et *v*] iohanni — alexandrino [*similiter* —
Alexandrino *om.* *v*] *C* iohanni *episc.* antiochiæ *T* 12 studium *T* 13 complendam *T*
permittitis *C* prædecatis *T* uero *om.* *T* 13/14 tamquam *om.* *T* 14 ueritatem *T*
15 ergo est *T* quoniam *om.* *C* ad — esse] *ὁκλάζειν non intellexit translator* ubi *T*
16 euocantes *T* uos *om.* *T* 17 ueræ] *urē* *C* 19 perfecte unitatis *T* 19/20 ter-
minum *C* 21 plurima *T* 23 memorentur *q* memoretur *p* allicare *T* (constituuntur *T*
24 suscipit *T* 25 ageretur *T* repans serpit *C* 26 nobis *T* 29/30 Antiochenorum —
episcopus *om.* *T* 31 dubitationes *m* 32 depositionis *m* depositione *p* 33 anathema-

mus episcopus Cyrillus et || tua religiositas et || qui cum eo, sed etiam sanctissimus gloriosæ Romæ episcopus Cælestinus et omnes undique orthodoxæ fidei sacerdotes tuæ || religiositati || communicabunt, aliis uidelicet, si qua sunt quæ debent corrigi, decentem facile suscipientibus solutionem, quam ipsi necessario disputantes et satisfacientes uobismet ipsis seorsum et communiter omnibus || proferetis ||. sciens igitur hoc nostrum esse studium et || hoc || consilium, nullius alterius uelitis habere sollicitudinem quam ut omni remoto certamine atque zelo pax diligenter et firme sanctis ecclesiis || ubique || orthodoxæ fidei et per hoc omnibus qui sub nostra sunt ditione, || diuinitatis iuuamine configatur ||. festina itaque uenire cum multa celeritate ad Nicomediam ciuitatem, nullum penitus episcoporum tecum deducens, nisi paucos clericos tuæ ministrantium sanctitati. et citra omnem dilationem festina, sciens quoniam et Cyrillum sanctissimum episcopum similiter illic compelli et concurrere eodem apparatu sacris nostris præcipimus iussionibus, hoc || ei promittentes ||, non aliter eum ad nos uenturum, antequam conuenientes inter uos ipsos et alternas inimicitias deponentes ad confirmandam pacem per propriam unanimitatem studio omnium concordare possitis. quod futurum esse etiam in tua reuerentia designamus. uiri enim existentes huiusmodi quos || expectant et || pacis bona et discordiæ latere mala non || patientur ||, non prius a nobis || uidebimini ||, donec corrigantur hæc quæ nos non faciunt leuiter æstulare. inter hæc autem, donec studendæ pacis et concordæ uestræ et alternarum amicitiarum et pro hoc ad nos ingressionis celebratio confirmetur, nulla ex episcopalibus constitutionibus aut depositionibus aut cuiuslibet ordinationis nouitas fiat, sed si quid etiam in medio fieri contigit, hoc sub quiete manens inutilatum catholicæ ecclesiæ seruet statum, sufficientibus quippe his qui sunt reuerentissimis clericis, donec perfecta unio subsequatur, ad ministeria complenda diuina.

4 Habes a nobis hæc, et non dubie omni fortitudine omnique uirtute, purum et immutabile nostrum propositum uidens et dignum Christiana constantia, age nobiscum et ipse || et || nullum laborem aut fatigationem, non iniuriæ contemptum, non obliuionem iræ suscipere || fugies ||, quatenus ea quæ a nobis pro causa orthodoxæ fidei et sanctarum ecclesiarum unitatis iussa sunt, termino contradantur. si uero, quod non credimus, contrarium aliquid huic nostræ uoluntati et ita recto consilio sapere propria quadam intentione et instantia || passionis humanæ || temptaueris et alia quæ a nobis sunt iussa, neglexeris, tibimet reputabis quoniam utilitatem status dei ecclesiarum sanctitas tua contemnens dignas retributiones suscipiet.

LIBELLVS DATVS ARCHIEPISCOPO CYRILLO A PAVLO EPISCOPO EMESENO MISSE A IOHANNE ANTIOCHENO

LXX Domino meo per omnia sanctissimo et beatissimo episcopo Cyrillo Paulus in domino salutem. Piissimi atque uictores nostri principes quam olim habere dignan-

LXX Græce extat in V 122 S 87 A 109

C [= *vm*], T [= *pq*], S [= *ur*, inde a 35]

| | | | | |
|-------------------------------------|--|---|---------------------------------|------------------------------|
| 1 tua — et <i>om.</i> T | 3 sanctitati T | alii <i>p</i> | si si C | 4 necessario <i>m</i> neces- |
| sario <i>v</i> | 5 ostenditis [ostenditis <i>q</i>] T | 6 hoc <i>om.</i> T | uelis <i>q</i> | 8 et ubique T |
| 9 diuinitatis iuuamine <i>om.</i> T | figatur T | igitur <i>m</i> | 11 ministrantes <i>v</i> | omni T |
| dilatione <i>q</i> | 13 ei <i>om.</i> T | 13/14 declarantes T | 17 spectant T | et ¹] etiam T |
| 18 possunt T | uidemini T | 25 complenda <i>q</i> compellenda <i>Cp</i> | 28 et ² <i>om.</i> T | 29 fugiens T |
| 32 humanæ passionis T | 33 et status <i>v</i> | | | |
| 35 archiepiscoposillo <i>p</i> | emeseono C, corr. <i>v</i> emensono <i>p</i> | | 38 nostræ <i>p</i> | |

tur intentionem ac diligentiam circa subiectos et maxime de sancta dei ecclesia et pia
 atque purissima rectaque fide, in qua ex progenitoribus successerunt, demonstrantes,
 litteras direxerunt per uirum spectabilem tribunum et notarium Aristolaum et ad tuam
 sanctitatem et ad sanctissimum || et || beatissimum episcopum Iohannem nec non et
 sanctissimum et beatissimum patrem nostrum Acacium episcopum Beroeae, iubentes 5
 ut congregati aut corporaliter aut uoluntate absolutionem detis emergentibus dissen-
 sionibus inter deo || amicissimos || episcopos qui in || Epheso || conuenerunt, et || nos ||
 ipsos et sanctissimis dei ecclesiis deo || gratam || prouideatis pacem et remoueatis tumultus
 qui cottidie fiunt sanctis dei ecclesiis, atque || consensus praebeatur || damnationi
 Nestorii et || anathematizetur praua || eius || doctrina ||. suscipientes ergo piissimas ac 10
 deo amabiles litteras || et || praedictus sanctissimus episcopus Iohannes et sanctissimus
 episcopus Acacius et cogitantes quia esset ualde necessarius tractatus uestrae prae-
 sentiae, ne multum tempus || pro || negotio traheretur, direxerunt quidem ad tuam
 sanctitatem, ut tua beatitudo simul deliberet quemammodum || debeant ea quae ad
 pacem pertinent, caute disponi || et optimae huic actioni || decens || terminus et utilis 15
 imponatur. ueniens ergo et uidens atque colloquens inueni tuam sanctitatem
 praeparatam mansuete atque pacifice et sicut pontifices decet, ad ea quae sunt in manibus,
 disponenda; denique || et || litteras nobis || tradidit || tua sanctitas praedicantes quam
 a patribus suscepimus rectam immaculatamque fidem. quod primum fuit et dignum
 labore et studio; quia uero decebat etiam ea quae secundum Nestorium, formam 20
 suscipere olim nobis placitam, facio praesens ad praesentem tuam sanctitatem has
 litteras, per quas profiteor suscepisse nos ordinationem sanctissimi et beatissimi episcopi
 Maximiani, habere autem Nestorium, qui dudum fuit maximae Constantinopoleos,
 condemnatum. et anathematizamus quae in doctrinae parte impie ab eo sunt dicta,
 et amplectimur puram atque sinceram ad uos communionem secundum oblatam tuae 25
 sanctitati a nobis breuiter de inhumanatione dei uerbi expositionem, quam etiam
 conlaudasti et tamquam propriam suscepisti fidem, cuius etiam in his litteris exemplar
 insertum est. et hac pura communione solutionem damus omnibus quae in medio
 ex utrisque partibus uelut in turbis facta sunt, et remeamus ad priorem ecclesiarum
 gratia dei tranquillitatem.

30

71 1 Sanctissimo et deoamantissimo Cyrillo || episcopo || Iohannes in domino salutem.
 Dudum per sanctionem || piissimorum || nostrorum principum iussa est synodus deo
 || amicissimorum || episcoporum in Ephesenam metropolim congregari ecclesiasticarum

31 In Aeyin Domino meo et deo amicissimo epo Alexandriae Cyrillo Iohannes [iōhi m] in domino
 salutem m in fine ep. LXX

71 Graece extat in V 123 S 88 A 110; eadem uersio, sed ualde correctata et mutata habetur in Col-
 lectione Veronensi 28

C [= vm], T [= pq], S [= wr, usque ad 30]

3 uerum p 4/5 et beatissimum — sanctissimum om. q 4 et² ac p et³ et ad S
 5 et beatissimum om. C epni beroe patrem — acatium v beroe CS 5/6 iubente sed S
 7 amabiles TS ephesum T 7/8 nos ipsos m nobis ipsis v uos ipsos pS uos et ipsos q
 8 gratiam pS 9 utque m consentiatis TS 10 anathematizetis TS prauam —
 doctrinam mTS 11 et om. TS 12 et om. v necessaria pw 12/13 potentiae v
 13 pro Cw ex T om. r traderetur CS 14/15 pax disponatur cauta TS 15 decens om. T
 et² om. q 17 et om. S 18 et om. TS protulit TS 20 dicebat S eam v
 24 anathemamus mp pie p 27 his om. p 28 hanc S puram communionem w
 29 propriorem C
 31 episcopo om. T 32 sanctissimorum T 33 amabilem T [= US]

gratia causarum et rectæ fidei. apprehendentibus autem etiam nobis memoratam ciuitatem et reuertentibus sine alterno colloquio (superfluum uero est causas discordiæ pacis tempore nunc narrare), diuisis autem ad discordiam ecclesiis hoc modo, quoniam ob || hoc || maxime cogitare omnes oportebat ut copularentur e medio omni ablata discordia, sed etiam Christo amabilibus || ualde || principibus hoc ipsum fieri sancienti- 5 bus ut unirentur dei ecclesiæ, et ad hoc ipsum dirigentibus dominum meum uirum ammirabilem et spectabilem tribunum et notarium Aristolaum deferentem pias eorum litteras iubentes ex hoc ipso concordare nos et scandala amputare de medio et sedare omnem tumultum omnemque tristitiam, obœdientes piis litteris, ilico et repente direximus dominum meum et per omnia deo amabilem || ualde || <at>que sanctissimum 10 episcopum Paulum, dum hoc quoque placuisset et sanctissimo atque beatissimo patri nostro Acacio et deo amabilibus || ualde || apud nos episcopis (pro ampliore uero cautela hoc egimus || eo quod || non || possemus nos || conuenientes quæ || sancita || sunt a piissimis nostris imperatoribus, ad terminum in præsentī perducere), || mandantes || ei ut et propter nos et pro nobis et in persona nostra disponderet quidem 15 quæ de pace sunt, quod principale est, offerret autem tuæ sanctitati expositionem a nobis consone factam de inhumanatione domini || nostri || Iesu Christi, quam direximus tuæ || religiositati || per supra dictum deo amabilem || ualde || uirum, quæ est hæc

2 De dei genetrice autem uirgine quomodo et sapimus et dicimus, et de modo 20 inhumanationis unigeniti filii dei necessario, non in adiectionis parte, sed in satisfactionis specie, sicut olim et ex sanctis scripturis et ex traditione sanctorum patrum percipientes habuimus, breuiter || enarramus ||, nihil penitus adicientes sanctorum patrum Nicæa conuenientium expositæ fidei. sicut enim præuenimus dicentes, ad omnem sufficit et pietatis agnitionem et totius hæreticæ prauitatis abdicationem. 25 dicimus autem non præsumentes || contra || ea quæ incomprehensibilia sunt, sed confessione propriæ infirmitatis excludentes eos qui insurgere uolunt || in quibus || ea quæ sunt ultra hominem, cogitamus.

3 Confitemur itaque dominum nostrum Iesum Christum filium dei unigenitum, deum perfectum et hominem perfectum ex anima rationali et corpore, ante sæcula 30 quidem ex patre natum secundum diuinitatem, in || nouissimis || autem || diebus || eundem propter nos || et || nostram salutem ex Maria uirgine secundum humanitatem, || consubstantialē patri secundum deitatem eundem et consubstantialē nobis secundum humanitatem ||. duarum enim naturarum || unio || facta est, || propter quod || unum Christum, unum filium, unum || dominum || confitemur. secundum hanc 35 inconfusæ || unitionis || intellegentiam confitemur sanctam uirginem dei genetricem eo quod deus uerbum || incarnatus || sit et || inhumanatus || et ex ipso conceptu uniuerit sibi || illud quod || ex ea sumptum || est || templum. euangelicas autem et aposto-

C [= *vm*], *T* [= *pq*]

4 hoc modo *T* omnis *p* 5 ualde *om.* *T* [= *US*] 7 expectabilem *Cp* [= *S*]
 deferentes *p* 10 ualde atque *scripsi* ualdeque *C* atque *T* 12 ualde *om.* *T* pro]
 porro *C* ampliori *vT* 13 eo quod *C* dum *T* possemus nos *C* potuissemus non *T*
 sancta *T* 14/15 mandauimus *T* [cf. *US*] 15 et¹ *om.* *C* uestra *p* 17 nostri *om.* *T*
 18 sanctitati *T* ualde *om.* *T* 21 inhumanatione *p* 23 narramus *T* 26 contra *om.* *T* [= *US*]
 27 in quibus] dum *T* 31 nouissimo *T* dierum *T* 32 et propter *T* [= *US*] 33 con-
 substantialē¹ — humanitatem *om.* *T* 34 unitas *T* [= *US*] unde *T* [= *US*] 35 dñ *T*
 autem hanc *m* 36 inconfusæ unitionis *v* inconfusionis *m* inconfusæ unitatis *T* 37 incar-
 natum *T* inhumanatum *T* 38 illud quod *om.* *T* [= *US*] est *om.* *T* [= *US*]

licas de domino uoces nouimus deiloquos uiros alias quidem || communicantes || tamquam || super || una persona, alias autem diidentes tamquam || super || duabus naturis et deodecentes quidem secundum deitatem Christi, humiles autem secundum humanitatem || eius || tradentes.

Qua suscepta || placuit ad abolitionem totius certaminis et ad || honorificandum || 5
uniuersalem pacem sanctissimis dei ecclesiis et || ut || e medio || auferantur || quæ
exorta sunt scandala, nos habere Nestorium || depositum ||, qui dudum fuit episcopus
Constantinopolim, et anathematizamus prauas eius et profanas uocum nouitates || eo
quod quæ sunt apud nos || sanctæ dei ecclesiæ rectam et || sanam || habent fidem et
hanc || custodiant || et || tradant || populis sicut sanctitas uestra. consentimus autem 10
et ordinationi sanctissimi et || religiosissimi || episcopi Maximiani Constantinopolitanæ
sanctæ dei ecclesiæ et communicatores omnium sumus qui per uniuersum orbem
terrarum sunt, || religiosissimorum || episcoporum, || quicumque || rectam et inpollutam
habent et custodiunt fidem.

Et suscriptio: Incolumis pro nobis orans permaneas, domne deoamantissime 15
et sanctissime et omnium mihi || peculiarissime || frater.

INCIPIT EPISTVLA SANCTI CYRILLI || EPISCOPI || AD IOHANNEM ANTIOCHENVM

- LXXII 1 Domino meo dilectissimo fratri et consacerdoti Iohanni Cyrillus in domino salutem. Exultent cæli et lætetur terra; solutus est enim medius paries maceriæ, Ps. 95, 11 et quod contristabat, quieuit atque dissensionis modus omnis abscisus est, omnium Eph. 2, 14 || nostrum || saluatore Christo pacem suis ecclesiis tribuente, conuocantibus || autem || 21
nos ad hoc et piissimis ac || deoamantissimis || imperatoribus, qui originalis pietatis facti imitatores egregii cautam quidem et inconcussam in propriis animis rectam fidem custodiunt, maximam || uero || curam impendunt pro sanctis ecclesiis, ut || et || famosissimam habeant in sæculo gloriam et || præclarissimum || proprium ostendant imperium, 25
quibus et ipse uirtutum dominus ditissima manu bona distribuit et præbet || quidem subiugare || aduersarios, donat autem et uictoriam. neque enim mentitur dicens: uiuo ego, dicit dominus, quia glorificantes me glorificabo. 1 Reg. 2, 30
- 2 Veniente igitur in Alexandriam domino meo || religiosissimo || consacerdote ac fratre Paulo, impleti sumus omni lætitia, et nimis digne tamquam tanto uiro mediante 30
et supra uires || labores experiri eligente ||, ut diaboli superaret inuidiam et coniungeret

LXXII *Græce extat in V 127 S 89 A 114; hinc desumpta est uersio in Collectione Veronensi 29, qua utuntur Gesta Chalcedonensia; prorsus discrepat uersio Collectionis Quesnelianæ 53 [uol. V 334—337]*

C [= *vm*]. T [= *pq*]

| | | | | |
|---------------------------------|---------------------------------|------------------------------|--------------------------------------|-----------------------|
| 1 consociantes T [= US] | 2 de T [= US] | una om. m | in T | 4 eius om. T |
| [= US] | 5 quas C quo <i>p</i> [= US] | quod <i>q</i> | suscepta <i>v</i> subiecta <i>m</i> | suscepto T [= US] |
| constituendam T [= US] | 6 ut om. T [= US] | tollenda T | 7 condemnatum T [= US] | |
| 8/9 quia nostræ T [= US] | 9 saluam <i>q</i> [= US] | salam <i>p</i> | 10 custodiunt T [= US] | tra- |
| dunt T [= US] | 11 sanctissimi om. m | reuerentissimi T [= US] | 12 uniuersam <i>p</i> | |
| 13 deo amabilium T [cf. US] | qui T | 15 suscribo <i>v</i> | dñe C | 16 carissime T [= US] |
| 17 incipit om. <i>q</i> | episcopi om. T [= US] | Iohanni Antiocheno <i>q</i> | 20 quod om. <i>p</i> | |
| 21 nostrorum T | tamen T [= US] | 22 et om. <i>v</i> | christianissimis <i>q</i> [= US] | xpo- |
| amantissimis <i>p</i> | 23 imitatoribus <i>p</i> | cautam C causam <i>p</i> | tutam <i>q</i> [= US] | et om. m |
| 24 tamen T [= US] | et om. T [= US] | 25 præclarum T [= US] | ostendunt C | |
| 26 bona manu C | 26/27 subiugare quidem T [= US] | 29 alexandria <i>p</i> [= U] | reue- | |
| rentissimo T [= US] | sacerdote <i>m</i> | 30 digni <i>p</i> | 31 in laboribus acquiescente uersari | |
| [conuersari <i>p</i>] T [= US] | eligente T | egente C | coniugare <i>q</i> | |

|| separata || et interiecta scandala || consumens concordia || et pace coronaret ecclesias
 quæ apud nos et apud uos sunt. quo enim modo diuisæ sunt, superfluum || est ||
 dicere; oportere autem reor ea quæ pacis tempori conueniunt, et sapere et effari.
 delectati ergo sumus colloquiis memorati || religiosissimi || uiri, qui forte et certamina
 se non parua habiturum suspicabatur || ad || persuadendum nobis quoniam oportet 5
 ad pacem coniungere ecclesias et hæreticorum risum abolere et hebetem facere super
 || hoc || aculeum diabolicæ malignitatis. parate tamen ita in hoc habentes inuenit,
 ut nullum laborem penitus sustineret. recordamur enim saluatorem dicentem:
 Ioh. 14, 27 pacem meam do uobis; || pacem || relinquo uobis; edocti autem sumus et
 Ies. 26, 12 in orationibus dicere: domine deus noster, pacem da nobis; omnia enim 10
 reddidisti nobis, || quapropter || si quis particeps fuerit pacis quæ a || deo || mini-
 3 stratur, non indigebit omni bono. quoniam uero omnino superflua et inoportuna
 ecclesiarum diuisio facta est, nunc maxime nobis est satisfactum, domino meo || reli-
 giosissimo || Paulo episcopo chartam proferente quæ inreprehensibilem continet fidei
 professionem, et hanc a tua sanctitate compositam || affirmante || et ab aliis reueren- 15
 tissimis ibidem constitutis episcopis. habet autem scriptura ita || et ipsis uerbis ||
 inserta est huic epistolæ meæ

- 4 De genetrice autem dei uirgine quemammodum et sapimus et dicimus, et modo
 incarnationis unigeniti filii dei necessario, non quasi in additamenti parte, sed in specie
 satisfactionis, sicut ab initio tam ex diuinis scripturis quam ex traditione sanctorum 20
 patrum suscipientes habuimus, breuiter || narramus ||, nihil penitus addentes sanctæ
 fidei quæ a patribus in Nicæa est exposita. sicut enim anticipauimus dicentes,
 sufficit ad omnem || et || pietatis cognitionem et abdicationem totius hæreticæ pra-
 uitatis. dicimus || autem ||, non quasi audentes aliquid contra || incomprehensibilia ||,
 sed || confessione propriæ infirmitatis præexcludentes hos || qui contra nos temptant 25
 adsurgere || in quibus || quæ sunt supra hominem, cogitamus.
- 5 Confitemur || igitur || dominum nostrum Iesum Christum filium dei unigenitum,
 deum perfectum et hominem perfectum ex anima rationali et corpore, ante sæcula
 quidem ex patre natum secundum deitatem, in fine uero dierum eundem propter nos
 et propter nostram salutem de Maria uirgine secundum humanitatem, consubstan- 30

2. 3. 12—16. 27—p. 189, 2. 28—p. 189, 6 *adfert Euthérius in ep. 291*

12—17. 27—p. 189, 13 *ex simillima uersione adfert Facundus I, 5. 6, I*

12—16. 27—30 *adfert Nestorius in ep. 209*

27—p. 189, 9 *ex hac ipsa uersione adferunt Liberatus 8 p. 31 Garn. et Rusticus c. Aceph. p. 41^b.
 50^a; uersione diuersa utitur translator Innocentii Maronitæ [t. VIII 2 p. 176]*

C [= um], T [= pq]

| | | |
|---------------------------------------|--|---|
| 1 ea quæ separata <i>p</i> | circumcidens consensu [consensum <i>p</i>] T [= US] | pacem <i>p</i> |
| 2 arbitror T [= US] | 3 tempore <i>v</i> | 4 reuerentissimi T [= US] |
| oporteret <i>q</i> oportere <i>m</i> | 7 hunc <i>m</i> his T [= US] | 5 in T [= US] |
| pacem <i>v om. q</i> [= US] | 9 pacem meam T | 10 meus <i>m</i> |
| ad <i>p</i> dño T [= US] | 12 uero] uiro <i>p</i> | 11 inopportuna <i>m</i> |
| 13/14 reuerentissimo T [= US] | 14 proferentem <i>Cp</i> | 15 hanc] in hac <i>p</i> |
| dicente [dicentem <i>p</i>] T [= US] | 16 et — uerbis C sicut T [= US] | 18 de modo <i>q</i> [= US] |
| 19 additamenti <i>p</i> | 21 enarramus T | 22 a patribus <i>om. v</i> |
| heretici <i>p</i> | 24 tamen T [= US] | 23 et <i>om. T</i> [= US] |
| | inreprehensibilia T [= US] | 25 confitentes pro- |
| | propriam infirmitatem pro excludendis tamen T [= US] | hos <i>v</i> his <i>mT</i> [= US] |
| quibus <i>om. T</i> [= US] | 27 etenim T [= US] | 30—p. 189, 2 consubstantialem — humani- |
| tatem <i>om. m</i> | | |

tialem patri || eundem || secundum deitatem et consubstantialem nobis secundum
humanitatem. duarum enim naturarum unio facta est, propter quod unum
Christum, unum filium, unum dominum confitemur. secundum hunc inconfusæ
unionis intellectum confitemur sanctam uirginem dei genetricem, propter quod
deus uerbum incarnatus est et || inhumanatus et || ex ipsa conceptione sibimet uniit 5
templum quod ex ipsa suscepit. euangelicas uero et apostolicas de domino uoces
scimus deiloquos uiros quasdam || quidem communicantes || tamquam in una persona,
quasdam || uero || diuidentes tamquam in duabus naturis, et || deodecibiles quidem ||
secundum deitatem Christi, humiliores autem secundum humanitatem eius tradentes.

6 His uestris relectis sacris uocibus || atque || ita et nos sapere inuenientes (unus 10 Eph. 4, 5
enim deus, una fides, unum baptisma) glorificauimus omnium saluatorem deum,
alterutris congaudentes quoniam scripturis diuinitus inspiratis et traditioni sanctorum
7 patrum nostrorum consonantem fidem habent || nostræ et uestre || ecclesiæ. quoniam
uero comperi quosdam uituperare solentium uesparum agrestium modo circumsonare
et malignos contra me sermones eructare tamquam || e || cælo depositum et non ex 15
sancta uirgine sanctum corpus Christi esse confitear, || oportere arbitratus sum ||
pauca || de || hoc || contra || eos dicere. o insensati et tantum calumniari docti,
quemammodum in hoc estis sensu delapsi et in hac tanta stultitia languistis? oportebat
enim, oportebat || sapienter || intellegere quoniam nobis pæne omne certamen de
fide prouenit confirmantibus quoniam sancta uirgo dei genetrix est. sed si de cælo 20
et non ex ipsa sanctum corpus omnium nostrum saluatoris Christi factum esse dice-
remus, quomodo iam intellegeretur dei genetrix? quem enim omnino peperit, si
non est uerum quia peperit secundum carnem Emmanuhel? rideantur igitur hæc
8 de me garrientes. nec enim beatus propheta Esaias mentitus est dicens: ecce Ies. 7, 14
uirgo in utero habebit et pariet filium, et uocabunt nomen eius Em- 25
manuhel, quod est interpretatum nobiscum deus. uere autem et sanctus Mt. 1, 23
Gabriel ad beatam uirginem dicit: noli timere, Maria; inuenisti enim gratiam Lc. 1, 30, 31
apud || deum ||. ecce concipies in utero et paries filium et uocabis
nomen eius Iesum. ipse enim saluum faciet populum suum a pec- Mt. 1, 21
catis eorum. quando autem dicimus de cælo et de sursum dominum nostrum 30
Iesum Christum, non quasi de sursum et de cælo || deposita || eius || sancta carne ||
talìa dicimus, sed magis sequentes || dicatissimum || Paulum aperte clamantem:

10. 18—20 *adfert Euthérius in ep. 291*

6—9. 20—23 *adfert Nestorius in ep. 209*

C [= *vm*], T [= *pq*]

1 patris *p* eundem *om.* T [= *US*] *Lib.* 2 naturalium *m* 3 deum *C* 5 homo
factus T [= *US*] *Lib.* et^a *om.* *p* [= *US*] 6 ex *om.* *m* 7 quidem *om.* T [= *US*] coniu-
gentes T [= *US*] *Lib.* 8 uero *om.* T [= *US*] *Lib.* deo docibiles *C* diuiniore T [= *US*] *Lib.*
quidem atque altiores T [= *US*] *Lib.* 10 relictis *qC* [= *US*], *corr.* *vS* atque *om.* T [= *US*]
11 glorificamus *p* glorificemus *q* 12 alterius *p* traditioni *Cq* traditionis *p* [traditiones *US*]
13 consonantem *q* [= *US*] consonantes *C* consonatum *p* uestre et nostre T [= *US*] 15 ex
T [= *US*] 16 oportere *om.* T [= *US*] consideraui T [= *US*] 17 pro T [= *US*]
ad T [= *US*] calumpniarii *C* 18 delapsi *q* dilapsi *Cp* 19 aperte T [= *US*], *cf.* *I*
21 saluatore *p* 22 quomo *p* quoniam *q* 23 rideant *v* 25 in utero *om.* *C* 26 est
om. *C* interpretatur *v* uerum *q* [= *US*] 28 dominum *qC* 31 depo-
sitam T [= *US*] scam carnem T [= *US*] carne *C* 32 dicatissimum *C* diuinum T
[= *US*]

- 1 Cor. 15, 47 primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo. meminimus
 Ioh. 3, 13 autem et ipsum saluatorem dicentem: nemo ascendit in cælum nisi qui de
 cælo descendit filius hominis, qui utique secundum carnem, sicut nuper dixi,
 ex sancta uirgine natus est. quoniam uero de sursum et de cælo descendens deus
 Phil. 2, 7 uerbum exinaniuit semet ipsum, formam serui accipiens, et nuncupatus est filius
 hominis, permanens id quod erat, id est deus (inconuertibilis || enim || et immu-
 tabilis secundum propriam naturam || est ||), tamen quia || iam || unus intellegitur cum
 1 Cor. 15, 47 propria carne, de cælo dicitur descendisse, nuncupatus est || autem || et homo de
 cælo, perfectus in deitate || existens || et perfectus in humanitate et || ut || in una per-
 sona intellegendus. unus enim dominus Iesus Christus, quamuis non ignoretur
 differentia naturarum, ex quibus inenarrabilem || unionem || factam esse diximus.
 9 eos autem qui dicunt quia || permixtio || uel confusio aut confermentatio dei uerbi
 facta est ad carnem, dignetur tua sanctitas || obserare ||. suspicor enim et hoc de
 me aliquos diuulgare quasi ita || aut sapuerim || aut || [præ]dixerim ||, ego autem tantum
 absum ab huiusmodi sensu, ut et furere arbitrer eos qui suspicati sunt omnino quia
 Iac. 1, 17 mutationis obumbratio circa || diuinam naturam || uerbi potest contingere; manet
 enim quod est, semper et non mutatur, || sed || neque mutabitur aliquando uel conuer-
 sionis est capax. impassibile autem super hæc dei uerbum omnes confitemur, licet
